



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Lib. XLIX. De Legitimiis personis, inter quas iudicia feruntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

*sepe, in verb. conclusione, de verb. sign. Felin. in c. cum dilecti, 6. colum. vers. quinto scias, de fide instrum. nisi in causa denuntiationis, vel accusacionis, ubi non requiritur renuntiatio, & conclusio, ut notat Bald. in libellorum, de accusat. P. Vide de hoc Guid. Papæ. decif. 72. Quare utraque litigantes, probationes edunt penes actuarium, cum repertorio omnium instrumentorum in quibus in causa videntur, eiantur que productioni alii, concludunt & inter acta producant conclusiones, quas vocant *leur dire par escript*.*

3 *¶* Interdum *¶* Index definit tempus, intra quod teneantur litigantes edere quæcunque voluerint, cum comminatione, post tempus non esse admittendos. Interdum vno solo ex litigantibus edente, is libellum iudici offert, ut rescripto seu appunctamento, iubeatur aduersario edere intra certum tempus, quod vocant *appointement*: de *requisite de forclusion*, de quo responso eiusque significatione, vel intimatione aduersario facta, si liquet iudici, nihil moratur sententiam eius, quod aduersarius interpellatus nihil produxerit vel ediderit. Interdum coram actuario vel ex consensu, litigantes conveniunt de tempore peremptorio, intra quod & repertorium faciunt & edant, & dicant quæ velit, extra quod non admittuntur ad novas productiones. *glo. in ca. quoniam contra, in ver. conclusiones, de probat. nisi forsan ex gratia adiutantur per rescriptum ad libellum, ea de re iudici portectum.*

4 *¶* Neque *¶* post conclusionem dantur dilationes ulterius, *l. cum a nobis, C. de dilatio*, quia finis & effectus eius est, ut negotium in causæ prosecutione finitum esse videatur, & propterea non admittatur mutatio modi agendi, *ca. pastoralis, de caus. possess. clem. 2. ut lit. pend.* quia per eam ulteriori productioni renuntiat. *c. auditis, de procur. ca. cum dilectus, de fide instrum. ca. 2. de rescript. in integr. in 6. d. clem. sepe, de verb. sign.*

5 *¶* Exceptis *¶* casibus, quos explicat Rob. Maranta, parte 6. sui specul. cap. de conclusionem: videlicet quod possit allegari post conclusionem, ius restitutio in integrum per minores & ecclesias impetrari: iuramentum in supplementum probationum deferri,

dummodo sit petitum ante conclusionem: probatio exhiberi, quæ postea nata est ex confessione aduersarii: possit & probatio per rei eundem nam proponi & per loci aspectum: omnique probatio alia pro defensione rei in criminalibus allegari. Possint quoque interrogationes aduersarii fieri post conclusionem, etiam ad instantiam partis. *vide de his etiam, ultra Marantam, Ausferium in decif. capel. Tholo. 174. congruit fere omnia & pura Nicolaus Antonius Grauius, in additio. ad Westrum introductio. ad aula. Roma. actionem, lib. 4. c. 4. num. 25.* Guido Papæ generaliter praxim docet, decif. 201. quod renuntiatione vel conclusionem facta in causa, intelligit tamen ante sententiam, potest altera pars litigantium admitti ad producendum literas vel instrumenta, si aliqua ratio evidens movent iudicem, *adde Cardin. in clem. 1. qu. 12. de cau. possess. Specul. in tit. de renuntiat. & conclu. maxime si instrumenta sunt de novo reperta, quod probatur per iuramentum producentis, Bar. in l. admonendi, de iureiurand. Sed & receptum ait, quod testis semel examinatus & publicatus, renuntiatione & conclusionem facta in causa, potest iterum in causa ex officio iudicis examinari. *Bar. & glo. in l. reperi. de quest. Bar. & Bal. in auth. qui semel, de prob. C. Panorm. in c. cum clamor, de testib.* Potest & admitti iudex, si qua iusta causa ei videbitur, & iuramento a producente recepto, quod malitiose non procedat, super eodem articulo post conclusionem, etiam testes examinare. *§. quia vero multi, de testi. in auth. Sed illud vix fit, nisi necessarium videatur iudici.* Neque enim tenetur deferri productioni, vel eam admitti: potissimum si producat clam & incio aduersario velit edere instrumenta, ut eum supplantet & iudici imponat, vel ut litrem dfferat. Quod si admittat, non absolute admittet instructio negotio, sed cum clausula libello addita, *pour y avoir le regard que de raison, & sine dilatione iudicii.* Alioquin enim lites essent immortales, nec finis vllus esset eis, contra quam diligenter & accurate iura statuunt.*

L. properandum, de iudic. C. c. finem litibus, de doio & contum. cum similit.

DE LEGITIMIS PERSONIS, INTER QVAS IUDICIA FERANTVR. LIBER XLIX.

De foro legitimo constituendo ratione actorum reorum & negotiorum.

CAP. I.

- 1 Continuat. lib. 48. §. 49.
- 2 *Judei in actoris & rei persona quid considerabit.*
- 3 *Actor in iudicio quis dicatur.*
Et reus item, num. 4.
- 5 *Forum quis sortitur ratione domicilii, rei, contractus, & loci solutionis faciendæ.*
- 6 *Arbitraria actio.*
- 7 *Sigillorum reorum submitto, & iurisdiclio.*
- 8 *Incarceratio decreta non suspenditur appellacione.*
- 9 *Delicti forum quod sit legitimum.*
- 10 *Iurisdiclio non terminos iudex excedere non potest.*
- 11 *Judices ecclesiastici & temporales separatas habent iurisdiclionem ratione rerum & personarum.*
- 12 *Clerici de quibus rebus conveniri possunt coram iudice seculari.*
- 13 *Pœna sanguinis non infligitur ab ecclesia.*
- 14 *Milites hospitalarii S. Ioannis Hierosolymitani, non infligunt pœnas in suis iurisdiclionibus.*
- 15 *Laiicus coram iudice ecclesiastico, nec contra clericum coram laico conveniendus est: nisi reconventionem quis statuat.*

Explicato ordine iudiciorum, secundum quem controuersie proponendæ sunt & excutiendæ, agendum est de personis, quarum possit esse iudicium. Et quæ legitimam agendi vel defendendi personam habere dicantur, ut postea ad sententiam postremo libro, Deo fauente, & ad eius executionem perueniamus.

2 *¶* Etenim *¶* ex persona eorum inter quos controuersia fuerit,

& ex genere causæ, iudicium constituendum est. *Vp. in l. 3. §. Julianus, de lib. exhib. P.* Secundum que modum, vitam personarum, *l. de minore, §. tormenta, de questio. P. l. non omnes, a barbaris, de re milit. & dignitatem, l. Padus, de incen. ruin. & nauif. P.* lites ordinari & sopiri debent. Quare personæ actoris & rei, principales iudicii partes, & præcipua membra, *l. inter litigantes, & l. Julianus, de iudicib. P.* considerari par est: eorumque negotia quæ agitant, & coram quo egerint. Quare in summa, sed ordine dicendum quis actor reulque dicatur, quovis plex, de quo præstio fit, quis agere vel defendere possit. Et num secundum ius coram legitimo iudice contendatur, an is Iudex suspectus sit: ob quam causam, aliæ pro illis personæ admittantur, nempe aduocati, procuratores, & similes aliæ. Rationesque eorum omnium etiam singulis attribuat & annexæ.

3 *¶* Actor *¶* in iudiciorum tractatu, is est, qui ad iudicium provocat, id est, qui assertit iudicio aliquid dari, fieri aut solui debere, qui impellit qui compellat alium primum ad iudicem. *l. 2. §. si. com. diuid. P. in le. tribus, de iudic. P. l. acti. C. de probat.* Et in præiudicialibus actionibus, is actoris partes sustinet, qui proponit intentionem, secundum id quod intendit. *l. generaliter in præiudicis, l. 1. 2. de act. P.* Agere etiam is videtur, qui exceptionem vitur. Nam reus in exceptione, actor est, *l. 1. de except. in P.* quia præbare tenetur, quod tendit excipiendo, *l. in exceptionibus, 19. de probat. l. 2. eod. P. c. quoniam contr. eo. ap. Greg.* Alioquin actionis verbo non venit exceptio, quia actioni opponitur dam concurrat, & est actionis exclusio. *l. verbum oportebit, §. actionis, de verb. sign. l. 2. de except. P. §. 1. eod. ap. Justin.*

4 *¶* Reus *¶* relatiuum est ad actorem: & est, qui rei incumbit, qui rem defendit in iudicio, *ca. forus, de verb. sign. Reos autem, inquit Cic. 4. de Orat. appello, non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur.* Et rursum, *Reos appello, quorum res est.* Defensor quoque idem est, qui vices eadem gerit. *l. minor, de procura. P.*

Quare duplci modo actores & rei dicuntur, in civilibus & criminalibus negotiis, actor in civilibus dicitur ut plerunque: sed & in criminalibus accusatores qui accesserunt criminis reos, *l. fin. de accusat. C.* Et rei qui defendunt, & accusantur. *101. iuu. de castro. reo.*
 5 *Et passim in iure.* ¶ Rei persona in causa deducenda in iudicium consideratur precipue: quia actor debet sequi forum rei. *l. iuris ordinem, §. l. in criminalibus, de iuris. om. iud. l. heres absens in prin. §. §. fin. de iud. auth. habita, ne fil. pro patr. C. c. si clericus, & c. cum sit, de fo. compet. c. experientia, u. q. 1.* Forum autem communi iure quis sortitur & conuenitur in personalibus actionibus, vbi domiciliū habet, & vbi maiorem partem habet bonorum. *l. heres absens, de iud. P. l. 2. vbi Senat. vel clari. C. ca. licet, 2. de for. compet.* Et si de rei vindicatione agatur, ibi conueniendus est, vbi res sita est. *can. sane, de for. compet. tit. vbi in rem actio. §. c. C. tit. vbi de hered. ag. oport. C. tit. vbi de possess. ag. oport. C. tit. de fidei commiss. C. §. l. statumimus, C. de episc. & cler. Verum notat singulariter H. abtensis, in sum. de for. compet. vers. vnum tamen notabile. post Azonem, quod si agatur actione reali, & quis conueniatur in loco domiciliū, ibi cogatur respondere reus. Quod si agatur in loco vbi res est sita extra domiciliū, non cogatur nisi ibi respondere, possit tamen si velit: & pro eo casu ponderat integram rubricam, *vbi in rem actio exhiberi debeat vel esse queat.* Alibi itaque vocatur quam in loco domiciliū, habet ius reuocandi domum. *l. si quis ex aliena, de iuris. d. l. om. iud. l. 2. §. legatus in eod. de iud.**

¶ Sed & ratione cōtractus, eo loci conueniri potest, vbi factus est. Contraxisse autem vel quasi contraxisse videtur, qui aliquid fecit alicubi, ex quo aliqua obligatio oriatur: vt fibi tutelam vel curam vel negotium alicuius tractauerit. *V. p. in l. heres absens, 19. §. 1. §. §. promde. Callistr. in l. inter dum, 36 §. fin. l. omnem obligationem, de iud. P.* Si tamen conuenitur in contractu de loco vbi fides exsoluenda sit: primum ibi reus vbi solutio facienda est, conueniri debet: dehinc si ibi non inueniatur, vbi eaque reperitur arbitraria actione. *l. 1. §. tot. tit. de eo quod cert. loc. l. 1. C. vbi conuen. qui cer. lo. da. promiss. Potest & eligi iurisdictione ab actore alia quam domiciliū, & iudex alius, qui sit tamen negotio idoneus, si reus in contractu obligationis se submisit omnibus curis, & sigillis, vt ait constitutio Francisci prim. *des inges pre. fidaux. articu. 14. §. 19.* Receptum enim est, licere cuique se subicere aut submittere iurisdictioni non suae, & iudicis inferioris vel aequalis. *l. 1. §. 2. §. l. receptum, 14. de iudi. l. l. a quo. §. tempus iuu. ad Trebell. P. & reuocari pro proprio foro, l. si quis in conscribendo, de pact. §. de episc. & cler. si inde praedictum non fiat generale alicui ordini vel dignitati. *l. si d. i. genti, de for. compet.***

7 ¶ In Gallia frequens vsus est harum submissionum in contractibus, pro quorum executione paciscuntur, vt ceae vti sigillis regis, quae vel Montipessulii, vel aliorum locorum dicuntur, quibus parator & promissor sit executio per literas eorum, quas vocant *lettres de rigueur*, quae conceduntur a praefectis vel subpraefectis sigilli, quas ideo dicere possumus iudices chartularios, quibus per in strumenta & chartas eorum se voluntarie subiciunt iurisdictioni, *de his constit. Lud. 12. promulgata ann. dom. 1199. articu. 161. sedes praefectorum & subpraefectorum sigilli huius ponuntur in artic. 147. eius constit. vt ita eorum sit voluntaria iurisdictione, Bar. in l. 1. de iudi. P. tradit. fudi. chartularios, voluntariam habere iurisdictionem.* Chartularii, quod charta conscribatur: vt & chartularii suat, qui chartas perscribunt. *§. hunc iuu. de armis. in Authen. Sunt autem tantae efficaciae litterae & mandata parui sigilli, vt vbi que sine cōdicillis cancellariae, qui dicuntur *pareatis*, executioni demandari possint, in d. const. Lud. 12. art. 153.*

8 ¶ Potest & debitor extra domiciliū, per manus iniectionem imminente fuga, auctoritate non sui iudicis contineri, neque hac de causa in recessu admittitur. Sic interpret Alexander ad l. cui iurisdictione, de offic. eius cui mand. est iurid. tene, inquit, corde auctoritates Doctorum, quia volunt quod nunquam iudicis incompetencia possit opponi. *contra capturam ratione suspensionis fuga.* Ratio erit, quia alioquin incompetēs iudex ratione temporis testiarum, eo tempore & ea ratione, potest eum capere, vt latet de fili iudicio. *gloss. in l. fin. in ver. fidei iussio. de serui. C. Item creditor in eo casu, priuatus quamuis, prehendere fugientem eum re, propriū debitorem potest. l. ait praeror. §. si debitorum. de his que in frau. cre. P. Ludon. Roman. const. 192.* Quod tamen idem Alexander explicat, eam ob rem capi quidem a iudice non suo fuit, eorum de fuga posse, at non retineri, sed remittendum ad iudicem suum, iudicii causa. Satis enim fuit & melius, iudicis auctoritate prehensionem fieri, quam propriae creditoris. Cum & reg a coi. si

tuciones prohibeant prehensiones quae fiebant hoc modo, vt dicunt, *de ferend. prissonier corp. pour corp.* idque iuxta l. fin. de exhib. reis. C. Et haec tutor & firmior est via, mandato iudicis prehensiones fieri, quod non meratur prouocatio seu appellatio. Nam sine praedictio eius (maxime si mandatum seu decretum in carcerandi praeiuste inquisitione eaque iudici cogita, emanauerit) executionem legitimam habet, & manus iuncti ab apparitoribus possunt, ex constit. Carol. 7. artic. 17. cui conuenit Henrici 2. constitutio, *Henric. 2. consti. 15 §. 5. de reiglemen. de la iustice.* qua 4. August. 15 §. 10. artic. 10. cauetur, vt si quis a iudicibus edictali vadimonio euocetur, quod dicunt adiornetur personaliter, dum intra fines territorii illorum est, vel qui in eo adm. sit delictum, non audiatur prouocans, nempe vt praeparator ius iud. citi: sed reuocatur ad eodem iudices, dicturus eorum, vel in vinculis causam translationis in competentis fori, vel reiectionis iudicis, idque secundum l. si quis ex aliena, de iuris. om. iudic. P. ¶ Et quia in delictis obligatio ex re fit, & ex facto nascitur, vt ex furto, rapina, & de, §. 1. de oblig. qua ex delict. nasc. ibi quoque vocari potest in ius reus, & pena exigitur, vbi malefictum admissum est, in l. vbi Senat. vel clari. C. l. 1. §. auth. quam prouincia, C. vbi de cri. ag. oportet, cap. si quis episcopus damnatus, 1. 1. q. 3. c. placuit, 6. q. 3. Vel si et non sit, quocumque loco recipiuntur, l. 1. vbi de crim. ag. oportet. C. facti iurisdictionis latruncularis, de quo in l. solemus, §. fin. de iudic. aut praepositi marescallorum.

¶ Et haec forma intelligi par est, si modo res, de quib. contentio, vel personae qualitas, eius sunt f. ri. coram quo iudicium postulari. Nam alioquin nemo iudex esse potest ultra iurisdictionem sibi concessam, *l. fin. de iuris. om. iud. P. l. 1. qui pro sua iurisdictione iud. da. poss. C. l. 1. si a non comp. iud. C. aut ultra limitatam rem, d. l. 1. eod. vel praet. tutum tempus, l. 2. §. si index, de iudic. nec alibi quam vbi locus iurisdictione dictus est. l. si ut proponis, in 2. leg. §. quom. & quam. iud. C. Sic etenim cuique concessa iurisdictione est conferuanda, modo quo data est: ne ordo politiae turbetur, confusis actionibus humanis. *ca. peruenit, 11. q. 1.* Aliter a non suo iudice tententia lata, vim non habebit. *l. 1. §. si a non compet. iud. ca. si clericus, de iudic. ca. ad audientiam, de consuetud. c. in primis, 2. q. 1. §. 1.**

¶ Pro rebus ecclesiasticis adire debet solus iudex ecclesiasticus, non secularis: pro temporalibus, secularis. *ca. ex transmissa, de for. compet.* Et si quaedam res sunt, quae tanquam spirituales, & tanquam temporales considerari possint, iudicis spiritualis vel temporalis electio erit. *cum sit generale, ca. 8. §. vbi off. alios casus enumerat, de for. comp. c. cum ius, de vsur. c. uae, §. de pro.*

¶ Sunt & quaedam privilegiata, ob quae possunt rapti in ius ecclesiasticae praesae ad tribunal iudicis laici, quae enumerat Chalfaneus ad rub. *des iustices*, in consuetud. B. r. quod, vt si non vntantur officio clericali, iuxta clem. vii. de vita & honesta. cleric. vt & a rebo dictum refert Papius, lib. 1. R. hapo. are. fo. tit. 6. art. 1. Et si cōmitta- delictum Chirurgiam artem exercentes, imbuta est. 2. Si inueniantur in habitu laicali & vulgari, variū col. ris. eod. are. fo. 3. Si eam stipendo militiae interfuerint, eod. are. fo. 6. Nam copio si in re regulares, nisi restituerint, vel, vt dicunt iura, nisi rehabilitentur per summum Pontificem. *cap. fin. de cler. coning. cap. perpendimus, de senten. excom.*

¶ Plerumque & reus ob maleficia imponendae poenae sunt, qui non sunt potestatis proprii iudicis, & ideo ad alium iudicem reuocandi sunt. Veluti si agatur de poena sanguinis imponenda, vel mortis temporalis: pro qua ecclesia, quae non iudicat de hoc gladio temporalis, *ca. clericus, §. §. consentiam sanguinis, ne cleric. vel mon. secul. negot. se immisc. c. ex literis, de excess. p. ar. c. in archiepi. scopari. de rapior.* remittit reos ad iudices temporales prius exauctoratos seu de gradu clericali deiectos & deprecatos. *ca. at si clericus, de iudic. ca. nouimus, de verbo. sign. c. excommunicauimus, de heret. curs. simul.* ¶ Quae ratione P. ius seu Commendatarii ordinis militum hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani, qui ex religiosorum ratione votorum participant, nullo modo, nec eorum iudices intra fines iurisdictionum suarum, si de poenis capitalibus vel sanguinis statuentis agatur, etiam inter sibi subditos cogoscant: sed vel reos dimittunt, vel ad seculares curias remittunt puniendos, vt scriptum est, *statu. is eorum militum. tit. 18. c. 5. & 6.*

¶ Iure & communi autem, in aliis cautum, ne clericus a laico iudice, vel laicus ab ecclesiastico iudicetur, *ca. 2. §. ca. at si clericus, 4. de iudi. auth. clericus quoque, & const. F. edicti su. uimus, & Authen. nullus, C. de episc. & cler. §. sed neque pro qual. bet. de sanct. episc. m. Authen. §. 1. vt cleric. apud pro episc. in Auth. nisi forsitan recom. eniendo*

niendo quis velit aore reum facere. Nam tunc reconuentione, iudex alias incompetens, fit competens. in c. 1. & 2. de mut. peti. c. 1. s. cuius in agendo. 3. q. 8. Paul. l. qui non cogitur. 2. de iudic. P. l. cum Papianus. & auth. & cons. de sent. & interloc. C. Exceptis criminalibus questionibus, in quibus non admittitur reconuentione nec compensatio, si criminaliter intendatur: cum non relatione criminum, sed innoxialiter reus purgare se debeat. l. is qui de publ. iud. P. c. neganda. 3. q. 11. l. neganda, de is qui accus. non poss. C.

A quibus agatur, & qui conueniri possunt.

C A P. 2.

- 1 Agere qui possint aut prohibeantur.
- 2 Excommunicati a quacungq. litis parte repelli possunt, & cuiusmodi debeat esse excommunicatio.
- 3 Seruus suo nomine, vel alieno quando esse in iudicio potest.
- 4 Magistratus maiores non poterant esse in iudicio.
- 5 Litis eiusdem rei diuisi non debet coram diuersis iudicibus.
- 6 Accusare vel accusari qui possint in criminibus.
- 7 Filii familias quomodo, & pro quibus in iudicio esse possint.
- 8 Vxor pro quibus, quando, & quomodo in iudicio esse possit.
- 9 Litis quomodo inter patrem & filium esse non possit.
- 10 Feriarum tempore an lites, & qua quiescant.
- 11 Mores quando in iudicio sine curatoribus esse possint, vel non.
- 12 Monachus quomodo in iudicio esse possit.
- 13 Capitulum quando potest, vel non potest esse in iudicio, sine consensu sui Pralati.

Agere & conueniri possunt omnes, qui non sunt nominatim prohibiti in iure. Ideo obiter qui prohibeantur ad monendum, cum distinctione: ut quidam in omnibus, & omni tempore, prohibeantur: alii non in omnibus, sed in certis: alii, non nisi tempore quodam: alii, non nisi de certis & certo modo. De singulis quidam exempla proferam. ¶ Inter illos qui omni tempore, & in omnibus non possunt esse in iudicio, sunt excommunicati, & quamdiu tales remanent: quia in quacunque parte litis illis obici potest illa exceptio, & reticiuntur a iudicio. c. cum inter, c. a nobis, c. excoptionem, de exceptis. Ne quisquam cum suae animae periculo, & cum illis communicare contra interdictionem Ecclesiae cogatur. ca. definitus, 4. q. 1. c. nulli, de sens. excommun. in c. 11. & 9. Apofl. Verum qui obicit excommunicationem, eam probare debet, si non appareat excommunicati confessione, vel alio modo. Et sique probationis causa datur a iudice dilatio, in qua si non probetur, litem prosequitur: si vero appareat ex causa sibi commissa orti excommunicationem eam soluet: aut si aliunde oriatur, remittit excommunicatum prius absoluentem, ad competentem iudicem in c. prudentiam, de offic. deleg. Interim autem quoad diu non probabitur excommunicatio, non reicietur actor nouo iure, si post exceptionem intra octidies dilationis non probetur. c. pia consideratione, de exceptione in 6. Accedit text. tit. de excommunicat. non vitand. in pragmatice sanctione, & in Concordatis, quae non vitantur excommunicati in sacramentorum administratione & communionem: nisi excommunicetur certa persona, vel certus interdicator locus, vel ecclesia, &c. & nisi notorie excommunicatio notetur. Quod adhuc de maiori non de minori excommunicatione intelligendum est.

¶ Si quidem maior non minor repellat a communionem & ab agendo. ca. penult. de sentent. excommun. c. Engeltrudam 3. q. 4. Secundo, seruus nullo modo ex sua persona in iudicio agere vel conueniri potest ciuili modo. l. seruus, l. cum debitoris, C. de iudic. l. vix est, god. P. l. non seruum, C. de rei vindic. quamuis dominus acquirat actionem & suo facto alii agendi vel defendendi causam, l. qui a seruo hereditario, de actio. P. l. 1. & l. sine mihi, 15. de stip. seru. P. id namque facit nomine alieno, non proprio. Quare si qua iniuria affectus est, non ille, sed dominus eius, etiam eo inuito experitur, §. seruus autem, de iniur. apud Iustin. quamquam ipse ex delictis puniri possit, quia naturalis iuris particeps ex eo obligatur, & obligacionem, id est, poenam, soluere cogitur. l. seruus ex delictis, de actio. P. cum simil.

¶ Tertio, qui erant in maiori magistratu, eoque temporali, pendente administratione, neque agere vel defendere poterant. l. pars literarum, 48. de iudic. P. l. 2. de in ius voc. C.

¶ Quarto, qui de causa per se alibi introducta, coram alio iudice uult agere, & qui diuidere negotium fatagit, non auditur. in l. nulli, C. de iudic. Ut si coram vno iudice de causa possessionis, coram alio vero de eadem causa eiusdemque rei, & contra eandem personam agere velit, c. 1. de caus. poss. & propriet. c. 1. de sequent. poss.

et fin. de iudic. Et ubi ceptum est iudicium, ibi finem accipere debet. l. ubi ceptum, de iudic. P. Quo fit, ut si plures sint qui de vna re contendunt, ad eundem iudicem remittantur: veluti si agatur iudicio communi diuidendo. Pompo. in l. 1. & Papin. l. 2. de quibus reb. ad eund. iud. cas. P. l. 1. de consori. ciuili l. ius, C.

¶ Quinto, sunt personae quae omnino in criminibus accusare aut accusari non possunt, de quibus abauide a nobis dictum est supra lib. 32. istius Syntagm. a. c. 12. usque ad c. 20.

¶ Qui vero in certis quibusdam negotiis tantum agere vel conueniri possint, ex pluribus exemplis referam pauca. Primum in filiisfamil. qui sine auctoritate patris regulariter agere non possunt, & ideo pater in quibus in iudicio esse debent, auctoritatem eis praebere cogitur. l. si. §. necessitate, de bon. qua. lib. Verum in certis quibusdam casibus, potest esse. l. filiusfamilias, de action. P. c. si de iudic. in 6. quod explicauimus etiam lib. 1. istius Syntagm. ca. 8. num. 24. & 25. Atque Bartol. in l. fin. §. 1. de verbor. obligat. P. addit, filiumfam. minorem 25. ann. litigantem pro re quae patrem non tangat, non posse adesse in iudicio sine curatore, quamquam a patre fuerit auctoratus. Sufficere tamen, in quantum interest patris, auctoritatem eius. Hodie autem in Gallia ex communi praxi, si maior sit filiusfamil. non desideratur auctoritas patris, & sine eo in iudicio esse potest. Quod si minor est, in quibus non interest patris, cum curatore dato litigatur. Si vero interfuit patris, & pater denegat praestare auctoritatem, cogitur officio iudicis. Et sic Senatusconsultis decifum refert Papo, libr. 7. Rhapsod. aref. titu. 7. aref. 1.

¶ Secundo, vxor in iudicio esse non potest regulariter per se, sine auctoritate mariti, nisi publica negotiatrix sit, vel nisi de crimine agatur. Boer. in §. 4. de consuet. status & iuris personarum in consuet. Bitor. Nos etiam de hoc plura tractauimus in praedicto lib. 11. huius Syntagm. cap. 4. num. 21. & sequent. Docet & late Chaffanæus, quando vxor contrahere & esse in iudicio possit, ad §. 5. des droits appartenans a gens mariez. Notat & Masuerius, vido Masuer. titu. de contumacia, §. item & idem est in vxore, & §. seq. vxorem in controuersia rerum dotialium vocari debere in iudicio cum auctoritate mariti, quod in hoc censetur esse sub potestate ipsius: ut & in filiofamil. seruandum, si de rebus quae patri quaeruntur agatur. Quod si inquit, pater vel maritus fuerint ad iornati, pro auctoritandis filio aut vxore, & ad diem adsignatam non comparuerint virtute defectus, cutia debet filium aut vxorem, si compareant, & hoc si peratur, auctoritare. Notat & Ioan. Faber, in §. fuerat. col. 1. de actionibus. Quod ex consuetudine regni Franciae, vir & vxor simul pro re dotali immobili agunt: sed omnes actiones competentes vxoribus, competere & viris, de consuetudine, pro quibus & viri soli experientur, pro quo facit. l. 1. §. fin. cum l. seq. de iniur. P. Boetius ad §. 4. de consuetud. de iure personarum, ad ver. En cas d'excès, in consuet. Bitor. Et iure ciuili, non potest vxor agere pro dote coram vilo iudice, sed vir contra patrem vel alium promittentem, l. si pater, & ibi Sa'yo. & alibi, soluto matrim. P. constante matrimonio, & nisi eo soluto, l. in rebus, de iure dot. (vel marito vergente ad inopiam, l. ubi adhuc, de iure dot. C. l. si constante sol. matr. P. vel si dos illi fuerit legata agere poterit. l. seruo legato, 72. §. si iustitor, de lega. 1. Cum tamen hodie ex consuetudine, pro dote siue legata siue constituta, ambo coniuges agant. Vide & de his Boer. q. 328. & Masuer. in tit. de dote, §. item maritus & no vxor, in praxi. ¶ Item 3. generaliter liti nulla esse potest, inter patrem & filium in potestate constitutum, l. si. C. de in ius voc. l. generaliter, eo. P. l. liti nulla, de in. P. l. actiones aduersus patrem, de act. P. neq. emancipato quocq. in patre vel liberto in patronu dabitur actio: nisi impetrata venia a praetore, seu iudice. l. pen. & si de in ius voc. P. §. si de praetor. litig. ap. Iustin. Certisq. in causis raturum, ex quib. agendi datur a iure facultas: veluti si quaestio sit de pedullo castrensi, vel quasi, d. l. liti nulla, de iud. leg. si quis vxori, 33. §. 2. & 3. & l. si dubitetur, 11. §. si de fideiuss. de petitione alimentorum, l. si quis a liberis, de liber. agno. ant de aliis, quae adfert gl. in l. liti nulla, de iud. P. ¶ Ratione etiam temporis, actor vel reus in iudicio contentiosio non admittuntur, ut si feriae sacrae & solemnes sint, quibus iura edixerunt silere lites, l. omnes iudices, 3. & l. omnes dies, 7. l. quadraginta, 6. & l. fin. C. de feris. & ob tempus etiam aliud feriarum solemnum vel repentinorum, secundum ea, quae a iure in illis nominatim prohibita sunt, l. 1. C. de feris, l. 1. eo. P. c. 1. eod. ap. Greg. Exceptis etiam quae voluntate iurisdictionis sunt, l. 2. & l. actus, 8. C. eod. l. solet. eo. P. vel ob necessitatem permittuntur, ut l. provinciarum, 9. C. eod. l. 1. §. fin. l. 2. 3. eod. P. nos plura de feris suo loco tradidimus: supra libr. 2. istius Syntagm. cap. decimo sexto.

¶ Si tamen aduocatus vel procurator actoris, vel rei, Iudicis
 7 commensalis fuerit, vel familiaris, non ideo index vt suspectus re-
 icitur, c. de offic. iudic. tit. gene. ca. ex infirmatione, & ibi glo. in ver.
 aduocatus, de appella. Nam & socius socii mei, socius meus non est,
 l. nam socii, 21. pro soc. P. l. consili. §. fin. de reg. iur. P. l. Modestinus, de
 8 ver. sig. P. c. legatur, 3. 1. dist. ¶ Subinde neque suspectum dices Iu-
 dicem, eo ipso quod in gradu vel affectionis, vel proximitatis, vel
 affinitatis sit aduersarij, sed tantum si vt suspecti reculetur eius iu-
 dicium. Sine reculatione quippe, & in priuatis negotiis, pater fi-
 lium, & filius patrem Iudicem habere potest, l. in priuatis 77. de
 9 indi. quippe iudicare munus publicum est, & quod omnibus pa-
 tet, le. quippe iudicare, 78. eod. & volenti non fit iniuria, le. nemo vi-
 detur, de reg. iur. l. venditor, de restit. vend. C. l. cum donationis, C. de
 9 iuran. cum similib. ¶ Sed ex superioribus quoque constat, & re-
 culari posse iudicem, si aduersarij dominus sit, cap. causam que. de
 offi. deleg. l. si quacunq. prad. pot. C. Et si regulæ quidem antique fæ-
 deris clientis & patroni, quo summa deuinciebantur cõunctio-
 ne, vt alter alterum nisi iuaret in omnes, esset facer & deuouendus,
 vt ait Dion. Halicarn. in 2. vide & Gel. de gradu officiorum, &
 quomodo clientis proponatur proximis, l. br. 5. ca. 13. Proculdubio
 patronus in causa vasalli & clientis, a non cliente reculari iulle
 poterit. Verum cum iurisdictionem domini territoriorum exer-
 ceant in subditis, beneficio & permissioe Regis, non ideo su-
 spectum iudicium, quod subditus litiget coram suo iudice & do-
 mino, qui clientulæ ius antiquum non habet: nisi contendamus
 vasallum sub patrono domino, dici veluti domesticum eius: & ita
 si cum eo non vasallus agat, declinare eum domini aduersarij iu-
 risdictionem posse. Notat enim Auitus Amerpachius, in consue-
 tudibus Caroli Magni capitalibus, in capitali Lotharii q̄
 incipit, Capitula que aliqui ex missis nostris ad nostrã notitiã detule-
 runt. c. 22. vasallum a verbo Germanico declinari a vase vel vase, id
 est cognato, & significare domesticum, & admissum in interiori
 familiaritate. A quo tamen dissentire videtur capit. primum,
 qualiter fidelitatem iurare debeat vasallus, vbi distinguitur inter
 vasallum simpliciter, & vasallum qui est domino familiaris, diuer-
 saque vtriusque constituitur fidelitatis forma. Ex vtraque tamen
 remanet suspectum Iudicium fore: cum iurent sibi mutuo fideli-
 tatem, auxilium, & consilium præbituros: in personis & rebus in-
 colume, tutum, honestum, facile, possibile, contra omnem ho-
 minem Imperatore & Rege exceptis, c. 1. de for. fidelit. & c. 1. de no-
 for. fidelit. in visib. fendo. c. de forma, 22. q. 5. vide gl. in c. accedens, in 1.
 in ver. subesse, vt lise non con. Et c. ap. Greg.

10 ¶ Sunt & tres iudices socii aduersarij vt suspecti recusabiles
 litiganti, non socij: vt si iudex & aduersarij sint concanonici, vel
 eiusdem collegij, c. cum Raymondus canonicus, de offic. deleg. ca. ac-
 11 cusatōres, 3. q. 9. ¶ Quarto, si iudex sit oriundus ex eadem patria,
 cuius est aduersarij, secundum c. accedens, in 2. vt lise non con.
 apud Gregor. vt David ea de causa visus est Satrapis suspectus in
 pugna intruenda contra Israelem, rogaturque Agidem regem,
 vt ei commeatum daret & abiret, 1. Reg. ca. 29. Et Cic. dicebat, nõ
 posse illam propiorem esse cognationem quam patriã, Cic. 1. de
 Orato. Plura hie de patriã ore dici possunt, quæ ex locis com-
 munitibus haurire facile est, sed parum apposite forsã: cum mihi
 non probetur hæc recusationis causa, vt nuntium longinqua: ni-
 12 cum patria & familiaritas conuicta sit. ¶ Pleret autem quinto
 loco ea suspitionis occasio, quæ causam habet si Iudex sit suffra-
 ganeus aduersarij, c. accedens, in 2. vt lise non con. Et c. quia ei impe-
 rari potest.

13 ¶ Vel sexto, si iudex similem causam ei quam aduersarij
 mouet, habeat, ca. causam que, in 2. c. 18. de iudic. verendum enim,
 ne cum detrimento alterius, suæ causæ præiudicium velit consti-
 tuere, leg. 1. quod quisque iur. P. quemadmodum & probe testes
 reiciuntur, si participes sint negotij, & similem causam habeat,
 c. personas, de testib. c. si testes §. liberi, 4. q. 3. c. cum ecclesiasticæ, de ex-
 cep. Et Iudex nemo esse potest in causa propria, le. 1. ne quis in sua
 cau. iud. C. l. qui iurisdictioni, de iurisd. om. iud. P. Neq. si sua caus-
 sa ageretur, vt ait Cic. pro Sex. Roso. testimonium diceret, & si dice-
 14 ret, non crederetur. Item septimo, qui pro aduersario fuit adur-
 casus, in ea causa Iudex esse non potest sine suspitione, l. si de assessor.
 C. l. qui quis, C. de postul. gl. in le. custodias, de custo. reo. P. c. postremo,
 de appellat. l. pretor, 17. de iur. om. iud. P. vel si consolor eiusdem
 fuerit, lo. Andre. in c. contra vnum, de off. deleg. in 6. d. l. Pretor. aut
 sollicitator, Rota. decis. 156. Octauo, & suspectus est, si curauerit
 Iudex sibi causam committi, gl. in c. contra vnum, in addit. de offi.
 deleg. in Sex. in ver. causa legitima Spec. tit. de recusatio. vers. item

si ipse Ausferius, tracta. recusa. qui se ingerit enim, suspectus est, &
 nam ad ea, de proc. P. ¶ Maxime si pars aduersaria eum nominatim
 15 dari Iudicem petierit, quod & mali exempli, & ad verecundiam
 Iudicis pertinere responsum est a Callistrato, in l. obseruandum,
 47. de iud. P. ¶ Similiter nono, si Iudex in ea causa pro aduertia-
 16 rio fuerit fideiussor, vt & tanquam in causa propria Iudex meri-
 to reiciatur, Bal. in le. si cui legatur, de leg. 1. Exceptiones enim quæ
 dantur reo ex parte rei, dantur fideiussoribus, le. defensionis, 11. C. de
 except. le. omnes, eod. tit. P. l. quod dicitur, de pact. P. cum simi.

¶ Decimo, plane si inimicitie præcesserint cum Iudice, recte
 17 recularur ab eo cui inimicus fuit: ne iratus nocere cupiat, vel læ-
 sus se vlcisci desideret, d. c. cum Raymondus canonicus, & c. cum sa-
 per eo, de offic. delegat. c. accusatoribus, 3. q. 5. Et vt ait Plautus in mili-
 te gloriofo.

Cum inimico nemo cito in gratiam redit,
 Opus est nunc tuto loco.

¶ Ex constitutione etiam edita Aureliæ in comitijs, art. 52. si
 18 quis litiget cum vno ex consiliarijs fori Senarchi, vel prædialiũ,
 reculari potest omnis curia, & causa reiciatur ad proximam aliam
 sedem Prædialiam. ¶ Recusatio proponitur tantum a litiganti-
 19 bus, & ab eo cuius interest iudicium fieri vel non fieri, ca. veniens,
 de testi. c. cum super, de re iud. Panorm. in c. cum super, de offic. deleg.
 non ab alijs, & est voluntaria etiam istis hæc facultas, vt omitti
 possit. ¶ Ideo pro formula proponendi recusationem, obserua-
 20 tum est, vt proponatur ab initio litis, vix enim post contestatam
 litem exceptio hæc admittitur: nisi post contestationem nuperi-
 me causæ suspitionis subortiantur, vel ad notitiam de nouo per-
 uenerint, le. apertissimi, C. de non iudic. c. inter monasterium, de sen-
 ten. Et re iud. c. pastoralis de except. l. quidam consulebant, de re iud. P.
 Regula quippe generalis constituitur, exceptiones dilatorias
 transfereutes iurisdictionem seu declinatorias, initio litis propo-
 ni debere: alioquin contestatione facta omittas repeti non pos-
 se, nec litigantes pedem referre iudicio posse, cum iam in Iudice
 contestatione consensum videatur, le. nemo, C. de iurisd. om. iud. l. si.
 C. de excep. l. sed & si suscepit, de iud. P. c. inter monasterium, de sent.
 Et re iud. c. inducia, §. si, 3. q. 3. demto calu quo post contestatione
 cognita recusationis causa fuerit, l. non distinguemus, §. cum qui-
 dam, de arb. l. Julia, de iud. Quare constitutio Caroli 7. statuit, vt
 qui voluerit proponere tunc causas has recusationis, iuret nuper
 subortas, vel sibi nunc tantum cognitias, consti. Carol. 7. artio. 64.
 Exstat & constitutio Francisci 1. edita de iudiciorum norma & for-
 malis, qua cautum artic. 113. recuperatores siue commissarios &
 delegatos per curiam, peregre executioni sententias vel arresta
 delegaturos, posse quidem reculari & reici, antequam profici-
 scantur in locum vbi exsequi debent. Et idcirco in commissio-
 ne præsentanda vocantur, quorum interest antequam abeat, di-
 21 cendi si quam iustam recusationis causam habeant, quam si tunc
 non proposuerint, non possunt, cum in locum executionis per-
 uenerint, reculare: forsã vel ex eo quod nodus executor non ha-
 bet iurisdictionem contentiosam, quare si causæ recusationis,
 contra eos proponantur, de eorum veritate vel legitima ratione,
 pronuntiare non possunt, vt notat Agidius Bordinus in paraphr.
 ad consti. regias anni 1539. art. 10. facti Lab. executor, de appell. P.

¶ Debent insuper istæ causæ recusationis edi in scriptis, &
 libello comprehendat, l. apertissimi C. de iud. ca. secundo requiris, de
 appell. c. quoniam contra, de prob. vt cogitare non temere proponã-
 tur imminente pœna temere proponenti ex consti. etiam regijs,
 pro singulis causis temerarijs, in curijs inferioribus 10. libra. tu-
 ron. in supremis 20. libra. Et ita cogunt vel pœnam luere, vel pro-
 bare causas propositas, ideo debent decidendarum recusationũ
 causã, Iudices seu arbitros deligere litigantes, intra certum præ-
 scriptum a Iudice recusato terminum: vel si non conueniant de
 illis, Iudex ex officio dat, coram quibus probatio fiat causarum, si
 illæ manifestæ & omnino notorie non sint, & Iudex neget, d. l. a-
 pertissimi, C. de iud. c. cum speciali, in d. gl. de appellatio. vide c. legi-
 tima, eo. in Sex. Et c. contra vnum, de offic. deleg. in Sex. Nam nullũ
 Iudicem fortiri vel subfortiri velle, in reo summe est diffidentia
 in accusatore calumniæ argumentum. Omnino certe graue est,
 Iudicem reculare temere. Et id multis ad damnationem plurimũ
 adiumento fuit, quod Canonem, eum qui postea dictus est Vice-
 fis, Iudicem in causa sua reiecit: etenim illi innocentes videri
 non poterunt, imo satis de se confessi, qui adeo recti, religiosi
 Iudicis, virique optimi ac integerrimi Iudicium recusassent, Plur.
 in Catone. Neq. hodie recepta est Bartoli gl. nec aliorum senten-
 tia, ad l. apertissimi, C. de iudic. qua statuit iure ciuili sine causa



suspectum dictum Iudicem, recusari posse, argu. l. quis poterat, 4. ad Trebell. P. sed sequitur ius Pontificium, vt non prius Iudex esse desinat, quam causae fuerit suspicionis probatae, c. 2. requiris, 41. §. fin. de appellat.

22 ¶ Recusari possunt omnes cuiuscunque sint generis Iudices, siue ordinarii, siue delegati, siue arbitri delecti, si postea suspicio oriatur: quia omnibus conueniunt rationes, propter quas recusatio indulgetur litigantibus. Imo & contra eum quem sibi quis delegit, si suspectus postea reddatur non aliter: nam eum quem quis impetrauit Iudicem, non potest recusare, gloss. Et ibi Abbas in fine ad c. insinuante, de officio delegat. Paul. Castre. cons. 442. col. pen. 2. vol. Abiit in deseruendum itaque Authentic. si vero contigerit, de iudic. C. quae statuebat iudicem ordinarium recusari non posse, sed ei suspecto adiungendum episcopum, & seruaturus Pontificium, quo delegatus & ordinarius recusari possunt, c. cum specia-

23 li, §. ca. secundo requiris, §. fin. de appell. ¶ Et iustum etiam putat Antonius Corserus in singularibus, in ver. suspicio, post Panormitan. in ca. causam quae, in 2. de iudic. v. in examinatione etiam faciendae a collegio & academia vnius scholaris, doctor qui suspectus dicitur scholastico relicti. ¶ Quinimo & totum consistorium & regia ciuitas Principis recusari potest, si caput illius Princeps sit suspectus ratione odii vel aliter, clem. pastoralis, de re iudic. item & tota synodus recusari, vt in c. quod suspecti, 3. q. 5. collegium, & vniuersitas tota possunt, Panor. in ca. licet ex suscepto, nu. 4. de for. compet. si negotium sit cum eo qui eis possit imperare, l. si rector prouinc. vel ad eum perin. C. aut ille suspectus sit, aut si omnes de collegio, de vniuersitate sint suspecti, non aliter. Nam si vnus suspectus sit quamuis primus, qui imperare tamen non potest omnibus aliis qui possint ei contradicere, is solus relictiur iustum, non cereri. Et ita intelligenda est gl. in c. 1. ad ver. interrogatus, secundum Felinum ibi, de iudic. apud Gregor. Et ita Synodus Diocesana vel Prouincialis quidem si omnes non sunt suspecti, & si remotis suspectis remaneat numerus iudicio idoneus, recusari non potest.

25 ¶ De concilio vero generali responsum est in c. de iudic. per interpretes, illud, in quo praesit summus Pontifex, recusari non potest, quia nec ab eo concilio appellari potest, si legitime congregatum sit & definitum. Fieri enim non potest, vt cum ex diuersis mundi partibus plures in nomine Domini, & sine affectu conueniant, suspecti possint ceteri omnes: nec ab eo, quem admodum a Synodo appellatur, Calderi. cons. 6. tit. de appellat. ca. multis, 17. dist. ¶ Sic curia Parlamenti non potest omnino recusari, si numerus relinquatur Senatorum legitimus, remotis suspectis, qui cognoscere de causa possint controuersa, Boer. decis. 269. nu. 4. Relicuiatur tamen qui causis suspicionis contra totum parlamentum proponunt cum libellis recusationum, ad Magistros libellorum regios, qui referant Principi, si que statuat in privato consilio, de his, num. legitimae sint iuxta art. 8. constit. Aurelianc. Quamuis placuerit in iisdem comitiis, vt arte d. xi. artic. 5. 2. singulari iure, vt si lis sit contra vnum consiliarium ex Praesidialibus, & si videatur ita aduersario, possit is renouare inde litem, &

27 experiri coram proximioribus Praesidialibus iudicibus, ¶ In summa a quibus post eorum sententiam licet prouocare, eisdem licet recusatione relictere, c. super eod. de appell. quinimo & fauorabilior recusatio, vt ea etiam admittatur, vbi appellatio denegatur, gl. in c. in singulis, ad ver. de appellatione, de sta. monacho. Duo sunt haec praecipua litigantibus contra iudicem improbatem remedia, appellatio post iudicium, recusatio ante, quae praecipua est: cum melius sit ab initio ne volnus irrogatur prospicere, quam post inuolutam & laesam causam remedium impetrare, l. fin. in quib. cau.

28 in int. restit. non est necesse, C. ¶ Vt neque Princeps tollere iure possit recusationis facultate, gl. & Panor. in c. ad hoc, de res. vide Luc. de Pen. in l. curialibus, 66. de decu. lib. 11. C. cum defensio naturali permittatur iure, l. vt vim, de iustit. Et iure, l. 1. §. cum arretis, si quadr. paup. feci. dic. P. l. scientiam §. qui cum alio, ad l. Aquil. P. C. 1. offi. libr. Principio omni generi animantium, &c. quod non est in potestate Principis, clem. pastoralis, §. rursus, de semen. Et re in apud Clem. qui sincere & sancte stum cuique distribuere debet per seipsum, vel curare vt distribuatur.

29 ¶ Finis autem praecipuus recusationum & relictionum Iudicium, vt lites sine suspicione procedant, & dirimantur sine vlla captione. Et quia periculosum sit coram Iudice suspecto litigare, & aperissimi C. de iud. c. quod suspecti, 3. q. 5. c. suspicionis, de offi. deleg. Satis namque superque alea iudicii per se dura & incerta est, vt opus non sit aliud addi periculum, se discrimini suspecti Iudicis

rem committere. Quod coegit Themistoclem dicere, si quis mihi duas vias monstraret, alteram ad tribunal ducentem, alteram ad inferos, multo libentius eam ingrederer, quae duceret recta ad infernum, Aelia. libr. 9. var. hist. ¶ Ex quibus duae subsistunt rationes recusationis admittendae: prior, quod ea defensionis sit, & defensio naturalis sit, & cuique permittitur, Secunda, quia lites sine suspicione procedere debent. Cui adde, quod omnia iudicia aliena esse etiam a suspicione debent odii, fauoris, timoris, & expectationis praemii, c. 1. de sent. Et re in Sex. quae solent corrumpere iudicium, c. quatuor, 11. q. 3. & violare dictionem veritatis, c. licet ex quadam, de testib. Accedit, quod Iudex suspectus induit quodammodo personam litigantis & aduersarii, & eo ipso quia incedit in locum litigantis, desinit esse Iudex, nec iudicium subsistit: quum persona iudicis abijt, & sic duarum personarum vicem non possit agere, le. inter litigantes, §. l. Iulianus, 2. de iudic. P.

De Procuratoribus ad lites. Cap. 4.

Lib. 3. Tit. 3. Lib. 2. C. tit. 13. Lib. 1. Decretal. tit. 38. Lib. 1. Sec. tit. 19. Lib. 1. Clem. tit. 10.

- 1 Procurator quis sit, Et ut differat a negotiorum gestore, nu. 2.
- 3 Procurator ad lites de quibus rebus constituitur, & pro quibus non detur nu. 4.
- 5 Procuratoris munus, num. vile.
- 6 Procurator an alium procuratorem dare possit.
- 7 Procuratoris ad lites constituti formula.
- 8 Mandatum seu procuratio in initio litis fieri debet.
- 9 Contra procuratores, exceptiones quae.
- 10 Procuratoris varia consideratio ex constitutione & reuocatione.
- 11 Procuratoris ad lites qui dari possint, vel non.
- 12 Procuratorum constitutiones vel editiones coram quibus Guaris Iudici edantur.
- 13 Procuratorum constituendorum finis, Et rationes.
- 14 Procuratores plures ad litem vniam, an constitui possint.
- 15 Procurator quando non possit cogi agere vel defendere. *Musari a cliente: item quando, officium eius quale, & quomodo detur vel debeatur salarium nu. 16. 17. 19. & 10.*
- 18 Noui procuratoris constitutio quando nocet precedentem.
- 21 Procuratoris negligentia quando nocet clienti, emendatur impensis procuratoris.

Procuratoribus & defensoribus, accusatoribus & reis, in quibusdam interueniunt procuratores & aduocati & aliae personae, de quibus iure agendum. Procurator is est, qui aliena negotia mandato domini administrat, leg. 1. de procur. P. vel ad negotia, vel ad lites, vel ad vtamque horum, ca. causam, d. l. 1. de procurat. P. Jul. Paulus libr. 1. sentent. tit. 3. de procur. c. 2. In hoc capite tamen non agitur nisi de eo procuratore, quia ad lites consequendos instituitur: de alio namque in tit. mandati praecipue agitur. Si tamen procurator generaliter detur ad negotia, ad agendum datus & defendendum censetur, capit. qui gener. aliter, de procurat. in Sex. c. 2. eod. Clem. D. flet porro a negotiorum gestore, quod procurator non nisi cum mandato: negotiorum vero gestor, sine mandato administrat & gerit alienis negotia, l. 1. §. tertia mand. P. leg. ex maleficiis, §. si quis abjenis, de actio. P. §. 1. de obligat. qua ex quasi contr. Sed & hoc inter procuratorem ad lites, & cogitorum interest: quod cogitor dicitur is, cui sine mandato causam suam agendam praesente Iudice, praesens praesenti committit. l. pen. §. fin. de procurat. & cogitor, lib. 2. C. Theod. tit. 1. 2. Existat apud Iulium Paulum, libro primo, selecta. sententia. tit. 2. de cogitoribus, seorsam a tit. 3. de procurato, & a tit. 4. mandati. Iocant tamen Lucius, libr. 4. placit. curiae tit. 1. plac. 4. existimat cogitores esse, quos dicimus curiae procuratores: sicque inter triumphos Regiae procuracionis, constituit duos, causidicos seu aduocatos, & vnum cogitorem, seu procuratorem regium, & subcogitorem, idem Luc. eod. lib. tit. 9. plac. 2. Subsistunt de gens du Roy.

¶ Datur pro his rebus procurator, de quibus ne detur prohibicum non est: de omnibus civilibus negotiis agendis & defendendis quibus interesse non possimus vel nolumus, Idem eod. plac. 6. Prohibetur autem ne detur procurator, in actionibus quae non possunt expediti, nisi praesens fuerit qui agit. Panormitanus in capit. exposuit, de dilatione. Item perhibetur in actionibus popularibus, nisi quis priuatum pro damno sibi illato agat, sine populari actione: vt si de via publica agat pro suo damno.

inno priuato. Et sic quoque ad promouendam actionem sepulchri violatis ad quem res pertinet, dabit procuratorem. *l. in omnibus. C. de procur. c. quia in causis* 7. eo. ap. Greg. Atque qui de publico agunt, ut priuatum commodum defendant, causa cognita possunt procuratorem dare. *l. in popularibus* 4. 2. eod. P. quia inuis qui populari actione conuenitur, procuratorem dare possit: et si qui agit, *le. non agendum* 43. §. *quarta eod.* P. non possit, *l. qui populari actione* 5. de populari acti. P. lib. 47. tit. 23. Popularis actio, quae ius papuli tuetur, datur cuique de populo, *l. 1. eod. l. 2. §. hoc interdictum, ne quid in loc. pub. P. l. si quis id quod, de iuris. om. iud.* Ad crimen publicum etiam persequendum, frustra procurator interuenit, *c. ueniens de accusa. l. accusatore de iuncto* 13. §. *ad crimen, de publ. iud. P. c. tunc de proce.*

¶ Si crimen criminaliter intentetur contra, si ciuilliter & pro eo quod inter est ciuilliter, *d. c. ius. l. de fide. ad l. Cor. de falsi. C. iuncta l. 1. §. 2. de accus. P.* Admittuntur tamen pro reis procuratores, in aliis quae crimen ipsum non respiciunt principaliter. Sic nuntius, qui & procurator est, *l. 1. de procur. P.* potest pro illis causis legitimas absentiae, ob quas uadi nonio se litere non possit, ad l. dicem perferre, & exulare absentes, *le. seruum §. publice. eo. l. penul. §. fin. de pub. iudic. P. l. reos, C. de accusato. l. iunc. conuenit, 15. eod. Cod.* dicimus in praxi *Exoimner*, a uerbo *Exoimner*, id est, iurando Excusa est. Et Franciscus Curtius, ad iudicium in criminali causa procuratorem ait, pro allegatione iniustitiae, nullitatisque banni, quae foris agitantur a delicto principali, *Franc. Curt. in conclusio. 29. de i. s. lib. 1.* Illa tres personae per se quidem in criminibus, in quibus inscriptio exigitur, agere vel defendere debent: sed in aliis, & in utriusque causa, possunt procuratorem dare, *l. fin. C. de in iur. §. sancimus, in autem. ut ab illis tribus, C. de hoc. Bald. in tract. vel praxi. iudic. ca. ut admittatur procurator in mater. criminali. Bar. in l. procurator cui libera. de procur. P. Dyn. in regul. potest. quis per alium. Venia etatis non interpretatur etiam per procuratorem, *l. 2. de his qui ueni. etat. imper. C.* In Gallia tamen cum impetrante curiae procurator & aduocatus adesse debent. Ceterum nos latius, in quibus & quando pro crimine procurator admittatur, diximus in capi. 2. lib. 3. 2. huius Syntagmatis, unde poteris alia hauit. Dantur autem procuratores ab illis, qui agere vel defendere possunt, qui nomine suo habent actionem, & eo modo quo agere possunt, sed si unus §. *idem Iulian. de in iur. P.* nisi prohibeantur, *l. mutus. 43. §. cum queritur de procur. P. c. 1. eod. in Sex.* Meretur enim, ut plerumque facultatem agendi in procuratore, ex potestate constituentis. Nam & laici in rebus spiritualibus interdum dari potest procurator, *ca. 1. de procur. in Sex.* quamuis is suo nomine spiritualibus non possit se immiscere, *cap. 2. de iudic. l. iure ciuili nemo constituitur cogitur rem vel procuratorem in curia, ubi litigabat cogebatur. gloss. in §. 1. ut ab illis tribus. C. in Aut. at uis & praxis contrarium statuit, & recepit, ut nemo audiatur in iudicio, quin prius procuratorem seu cogitorem elegerit, & actis de eo fide interuenit, per quem agere vel defendere uelit, dicimus. *le. fender procureur §. est iure domicille.* Mutus & surdus, per eum modum quo agere possunt procuratorem dant, *Paul. in l. mutus §. surdus, 43. de procur. P.* Seruus, in quo habet actionem de peccato, non aliter, *l. seruum quoque, 33. eod.* Et filius familias, quando est ei actio, *l. filius familias 8. eod.* & qui de statu suo litigat, *d. le. seruus quoque, §. tum uero.* Pupillus uero vel pupilla, ad ius aduultate, tutore uel curatore interueniente, curatorem dare possunt: tutor uel curator pro lite pupillorum uel aduultorum, non dant sine illis, sed tantum auctorem constituitur dantur, *l. neque tutores. 11. de procurat. C.* tamen minor in quo ipse potest sine curatore agere, potest & procuratorem dare: ut in causa matrimonii, *ca. ex parte. d. restitua spolia.* & in causa spirituali, *ca. fin. de iudic. in Sex. & in milibus.* Ceterum etiam in aliis dederit, & sententia eum suo procuratore in eius fauorem sit pronuntiata, non ideo quod dati non potuit procurator, qui non est reiectus, inualiderit, *l. non eo minus, 14. de procur. C.* Quia minoribus etas non solet in damno esse, sed ratione eius habere auxilium, *l. 1. qui legit. per stan. in iud. hab. Cod. leg. acta, 46. §. fin. in fin. de re iudic. P. l. quod fauore, de legi. C.***

¶ Neque etiam infamia dantis, uel dati, prohibet procuratorem esse, *§. fin. de exceptione. apud Justin.* Existimatur namque antiqui, procuratoris munus esse vile, potissimum negotiorum, ut neque de curionatu iungi possent rescriptum sit, in l. si quis procuratorem, 34. de decurion. lib. 1. c. tit. 3. 1. tanquam infamissima uilitas. Verum hoc locum habere non potest in curialibus procuratoribus, seu cognitoribus nostris, in quibus & summa fi-

des & probitas exigitur, retum officique peritia, ut etiam statutum fuerit, non prius promouendos ad hoc munus, quin per decennium frequentes in curia & assidui cum procuratoribus subadiuue munus procuratorum exercuissent, & per triennium fidelem operam procuratoribus in regesto praecipuo adhaerissent, ut liquet ex constit. Caroli 7. art. 47. & constit. an. 1537. curiae supremae Paris. art. 3. & 4.

¶ Sabinus procurator datus in lite, alium in eadem dare non potest, ante litem contestationem, *l. quod quis sibi, 8. C. de procur. l. tunc nec actor ciuitatis, per procuratorem publicum negotiorum agere potest, l. nec ciuitatis actor, 74. eod. P.* Post contestationem uero litem, licet: ut & tutoribus, post litem contestatam, *l. neg. tutores, 17. §. si. C. eo. Ulp. in l. in causis, 27. §. ceterum eod. in Sex.* Quia post litem contestatam sunt litem domini, non antea, *le. nulla dubitatio, 23. §. l. procuratoribus, 22. de procura. C. l. 1. de proc. §. cognit. l. br. 23. C. l. heod. tit. 12.* In quo & differt procurator ad lites, a dato ad negotia, qui potest quandoque alium dare procuratorem, *c. 1. §. si. de proc. in Sex.* Si tamen datur procurator ad lites cum potestate substituendi, recte alium pro se procuratorem dare poterit, *ca. 1. §. si. C. 3. eo.* excepta causa matrimonii, in qua, quia arduum est negotium, non potest sine speciali mandato substituere, *c. si. eo.* Constitutione Franc. 1. an. 1539. *Sur l'abbeuuation des proces,* cautus est, art. 13. licet quidem, sed suo periculo, procuratoribus curiae alios substituere in casu absentiae uel agitudinis, qui tamen substituti assidui in curia sunt, cum quibus gesta rata, perinde habeantur, ac cum substituentibus facta.

¶ Forma danda procuratorum a Modestino praescribitur, ut in mandato seu procuratore ad lites, nomen constituentis procuratorem & constituti describatur. 2. Exprimatur causa commissa in genere uel in specie. 3. Quod mandans seu constituens, pollicetur se ratum & gratum habiturum, quod per procuratorem factum fuerit, eoque nomine obligationem obeat, *l. si procuratorem, 65. de procur. P.* Neque interest sit ne absens uel praesens, cui mandatum sit seu procuratio: dummodo ipse postea ratum habeat, *l. 1. §. si. cum 6. l. seq. eo.* ¶ Mandatum a procuratore in principio litem requiritur: & antequam pro litigante audiatur, fidem de eo mandato facere debet, *c. 1. eo.* Fitque fides uel productio eius iudicialis coram actuario curiae: & in Parlamento coram actuario praesentationum, idque maxime ut constet de eius potestate, num generalis uel limitata, uel ad tempus, uel ex die uel ad diem, uel sub conditione, ut fieri posse aiunt, *l. 2. §. 4. de proc. P.* Atque si quis agat sine mandato uel procuratore, reicitur: exceptis quibusdam personis, quae sine mandato agere uel defendere possunt pro aliis: ut liberi, parentes, affines, fratres, liberti: qui etiam, si sine mandato egerint, pro illis quibus egerint in reconuentione defendere coguntur, cum ex mandato non habeant limitatam potestatem, *le. sed §. haec persona, 35. l. seruum §. si. eo.* Et maritus pro rebus uxoris in iudicio protegendis omnibus, censetur iure procurator: nisi mandatum ab uxore in una tantum accepit lite, uel re, per cuius expressionem in aliis adentra procuratio uidetur, *le. maritus, C. de proc.* Coniunctae personae pro coniunctis etiam personis, sine mandato procuratores iure admittuntur, *d. leg. sed §. haec, qua dicantur coniunctae personae, in c. nonnulli, de rescript. nisi agatur de his quae exigunt expressum mandatum. gl. in Lexigendi, de procur. C.* uel contra coniunctam in pari gradu personam, uel contra uoluntatem eius cuius se faciunt procuratores, *leg. Pomponius, 40. §. in uis, §. ibi. gl. de proci.*

¶ Exceptio alioquin, in casibus non privilegiatis, duplex in genere est: quarum prior illa, quia procurator non est qui non docet de mandato, *l. si fidei iussorum, 29. §. quaedam. mand. P.* aut qui non cauet de rato, seu rem ratam dominum habiturum, *non solus, 39. §. qui alieno, de procur. uide ibi. gl.* In qua tamen distinguunt, an de mandato appareat legitimum, quia tunc non tenetur cauet, *l. si procurator, de procur. P. l. 1. C. de satisf. leg. si is a quo, §. si procurator, ut in poss. leg. P.* aut de eo dubitatur, & tunc cauet, *d. §. qui alieno. l. non solum, §. l. 1. C. de procurat.* Quod si constat euidenter non habere mandatum, non admittitur etiam cum cautione, *l. si pupilli, §. si de negot. gest. P.* nisi is ex numero personarum si, quae agere possunt sine mandato, quae de procuratore actoris dici putantur. In procuratore namque rei responsum est, non admitti eum, etiam cum mandato sine satisfactione de iudicato soluendo, *§. pen. de satisf. d. apud Iust. uide glo. in d. §. qui alieno. l. non solum, ad uer. non debet.* In praxi tamen hodie, istae cautiones non petuntur a procuratoribus, sed sufficit fidem facere de mandato seu procuratore: contra quam excipitur, uel quia facta recte non est, uel quia ab eo qui potest

non habuit mandandi, vel quia tempus in ea comprehensum lapsus est, vel quia procurator reuocatus est, vel quod negotium expresso & nouo eger mandato vel procuracione. ¶ Exempli causa, generalis procurator non credit speciali, nisi expresse reuocatio fiat generalis, vt notat Panorm. ad c. fin. de conluet. nec procurator generalis sine speciali mandato transigere potest, l. transactio, C. de transact. l. mandato, de Procu. P. nec qui totorum bonorum est, vendit sine expressa procuracione, l. procurator totorum bonorum, eod. Nec generaliter ad lites presentes & futuras, vel ad litem certam procurator sine speciali mandato potest obicere crimen, vt dicitur *qu'il ne soit aduoue*, aut ipse proprio periculo de calumnia tenetur, *Rota decif. 254*. Sunt alia plura quae exigunt speciale mandatum, etiam post generale ad litem inintendendam: vt si suspecti administratoris, l. non solum, §. si de proc. causa de exhibendis liberis, de deferendo vel acceptando iuramento, l. ius iurandum, de iur. iur. de compromittendo, Guid. Pap. conf. 118. c. per tuas, de arbit. propositio exceptionis famolar, de proroganda iurisdictione, vt ait Guid. Pap. sing. 270. & 296. 2. de liberan. debit. l. 3. de excep. P. de iuramento vel accusatione falsae scripturae ab aduersario productae, vt habetur in stylo magni consilii, artic. 19. pro consensu praestando pro retentione causae euocatae, in eodem stylo. Non potest etiam solutionem debiti accipere, nisi & eilla specialiter committatur, leg. *vero procuratori de solutione*. vel nisi sit ei bonorum administratio generalis mandata, d. l. *vero procuratori*, & l. *hoc iure*, & l. *qui hominem*, §. si Titium, eo arg. l. procurator cui litera, & l. *mandato, de procurator*. Eget etiam speciali mandato, si de euictione suscipienda interpellatur, *Ausfer. in stylo parl. §. item si garandus, si de dilatio*, quam vocant practici *Garandae*: & quoque de respondendo positionibus seu propositionibus aduersarii agatur, quae factum clientis respiciant, si post sententiam appellandum sit, *deci. capell. Tbol. 476. deci. Guid. Pap. 416. c. propositum, in c. nouit, de appell.* Quia si appellans succumbat, puniri potest ab executor, vel ab eo qui de prouocatione cognoscit, *in quor. appell. non recip.* Et ita in hoc casu, & generaliter in omnibus in prauidicium domini procurator sine mandato speciali, ea non potest agere, per quae poenam dominus incurtere potest, l. 1. §. si procur. & l. *ibi Bar. si quis ius dic. non obtem.* P. gl. in l. 4. §. si procurator, quod quis iur. P. Et proinde aduersarius in his exceptio nem hanc, procuratori volenti agere sine speciali mandato, obicere potest, quod sufficientem non habeat procuracionem. Et procurator quoque, si velit a defensione se eximere, contra vrgentem aduersarium potest effugere aleam iudicii, quod de eo non habeat mandatum, & si velit conueniat dominum. Verum a defensione se iuste procurator non surripit cum mandatum habet, dicendo se nihil habere quod dicat. Nam & vetitum est, edere mandata penes actuarium, vel se inscribere nomine Procuratoris pro aliquo, prius quam a domino cum mandato quoque memoria ad instructionem causae receperit, d. que constitutione Caroli 7. art. 43. ¶ Alia exceptio contra procuratores est, vt quamuis dati sint, tamen ipsi dari non possint, d. est, fangi hoc munere non possint, l. in exceptionibus, 19. §. sed & si, de probatio. P. quae etiam omissa si competebar in initio litis, non potest repeti vel proponi postea. Sicuti nec praecedens, quod non sit datus procurator, l. qui procuratorem dat, 57. §. si quis omiserit, de procur. P. leg. 3. de cogit. de procura. lib. 2. C. Theod. Possunt autem omnes procuratores esse ad lites iure scripto, qui speciali nomine non veniant, quia edictum de procuratoribus prohibitorium est, c. 1. de proc. in Sex. l. mutus 43. §. cum quaritur, eo. P. Prohibentur itaque potentiores patrocinium linguaribus praestare in necem vel opprobrium aduersarii, tot. tit. ne hoc poten. l. br. 2. C. in 14. quia potentioribus pares esse non possumus, l. 3. de alien. iud. mut. caus. fac. P. Et ita fisco & Reip. prohibetur est, patrocinium in lite priuato praestare, l. 1. §. tot. in. ne si vel resp. procu. ali. §. c. C. Mandatur & iudicibus in legib. Wisigotho. l. quicunq. 8. tit. 2. lib. 3. leg. Wisigoth. vt si viderint potentiores alteri ex litigantibus patrocinium praestare, qui possit potentia aduersarium opprimere: vel cogant eum iudicio exire, vel nolentem, damnatum in duas libras enciant. Repelluntur & a procuratoris officio, absens, qui ratum mandatum non habuit, aut qui habere non potest, l. 2. de procur. P. item mutus, surdus, l. mutus & surdus, 43. eo. de curie, l. si quis procurator, de decur. lib. 10. C. miles si contra illum excipiat, l. militem, & l. qui stipendia, Cod. de procur. l. neque femina, 58. eod. P. l. famosi, ad. l. l. de adult. P. contra, si omittatur initio litis exceptio, gloss. in d. militem, & l. ita demum, Cod. de proc. leg. filius familias 8. §. veterani, eo. P. reus criminis, l. reum criminum, de proc. C. leg. 1. de reis p. stul. lib. 10. C. leg. is qui, de publ. iud.

P. seruus, nisi de statu eius agatur, l. seruum quoque, §. ex contr. arto. de procu. P. religioni alicui datus, nisi pro religioso eius vel alterius monasterii, aut consorte litis, idque cum saepedictis licentia permittatur, ca. 3. eo apud Cle. feminae, quia virile officium, l. alienam, 18. C. eod. l. neq. sumina 58. eod. P. c. infamia, §. tria, 3. qu. 7. leg. feminas, de regu. iur. nisi vel in rem suam procuratitices sint, leg. 3. C. de proc. vbi gloss. alios casus enumerat, aut pro parentibus quibusdam & proximis intercedat, iuxta permissionem legum, l. feminas, 41. de proc. P. minor quoque 25. ann. ad lites procurator esse non potest, l. minor, 51. eod. vt nec minor 17. ad negotia, ca. qui generaliter, §. eod. in Sex. et si pro parte interdem cum mandato audiatur, l. exigendi a filio, 12. eo. C. filius familias tamen non prohibetur esse procurator: & ideo dari potest, l. filius familias, 8. §. ipse quoque, eo. P. l. quae situm, de in ius voc. ca. qui generaliter, §. ne dum, de proc. in Sex. etiam sine patris consensu, d. c. qui generaliter, §. 1. P. C. sunt & infantes constitui Procuratores, §. si de exception. sed non cogitores, l. l. Paul. lib. 1. rec. sen. de cogit. 2. c. 1. Generalis in super potest statui resolutio, vt quicumque non habet legitimam personam standi in iudicio, non potest constitui procurator ad lites. Ceterum in Gallia, neque ii omnes qui legitimam personam standi in iudicio habent, neque ii qui iure scripto possunt constitui, procuratores sunt in curiis ad lites, sed tantum illi qui delecti erant a curiis supremis olim, & in aliis a iudicibus: hodie vero a rege alicubi ad hoc munus obeundum. In curiis porro inferioribus, vbi procuratores non sunt a rege definiti, nec separati aduocatis, aduocati ipsi, vtroque & procuratores & aduocati funguntur officio, & ii soli qui in eo foro iurati postulationem exercent, vel possunt si velint exercere ex maioribus tribunalibus euocati, pro negotii qualitate & grauitate, ex his restrictio numeri procuratorum in curia saprema Parisiensi conf. Lud. 12. art. 71. Francif. 1. anni 1544. §. curia ipsius, an. 1537. art. 2.

¶ In omnibus tamen cogitoribus seu procuratoribus ad lites, illud commune, vt postquam mandata seu procuracionem receperint a litigantibus, illa edant apud actuarium causae idoneum illius curiae vbi constituntur. Sane enim singulis tribunalibus certi actuarii constituti, qui editiones seu praesentationes procuracionum recipiant & praescribant in regestis ex confit. Ludou. 12. art. 134. Secundum causae naturam & iurisdictionis potestatem. Nam procuratio vel praesentatio in causis criminalibus, coram actuario criminali fieri debet in ciuilibus, & coram ciuili in causis domanii seu domanii regii, coram eo qui eius diarium vel ephemerides curat, & sic de similibus.

¶ Officium huiusmodi procuratoris ab illa insinuatione mandatorum actis facta incipere videtur, & mandatum simul procurator acceptare videtur, dum fidem facit de potestate data. Finis procuratorum est, & ratio praecipua, vt abentes in lites defensionem possint: vel quod ipsi litigantes non possint interesse: vel quia si interfuit, libus mouendis & excipendis parum accommodati sunt. Sunt & aliae rationes, quae procuratoribus sunt communes cum aduocatis, de quibus in aduocatis Deo fauente agetur.

¶ Plures constitui in vno negotio procuratores olim poterant, l. 31. §. vnus, de proc. P. hodie iure gallico receptum est, vt ex pluribus vnus tantum curet iudiciales actus, vnus procuracione edat, vt dicitur, *qu'vn seul occupe*, idque iuri consentaneum est, l. quod si vnus, §. si plures de ad. ad. l. si familiae familiae erit, §.

¶ Quod si is decedat, expirat mandatum, & opus est vocati iterum clientem, vt veniat ad prosequendam litem, vel vt non constituat procuratorem: nam quiescit instructio causae mortuo procuratore. Id ipsum etiam fit, si legitime recuset executionem procuracionis procurator vnus constitutus, & nolit munus hoc cum causa praestare, puta quod dicat reuocatum esse mandatum, nec posse defendere vel agere, idque deoat: nam prius quam doceat, debet cogi a Iudice pro quo consentiente domini iudicatum solui exposuit, iudicium accipere, l. litis sum. §. procuratorem, & leg. si defunctus, de procur. P. l. lices, de arbit. P. Causa autem ex quibus reculare legitime possit procuracionem prius suscepiam, quae in cognitionem tamen veniunt, ponuntur in l. filius familias, 8. §. fin. & 6. legib. fequ. de proc. C. P.

¶ Causae porro quae dant iustam occasionem mutandi procuratorem domino seu clienti, etiam post litem contestatam (nam ante libere licet) referuntur in l. ante liem 16. cum 11. legib. sequen. vsque ad 27. eod. tit. P. In vfu hodie est, in quacunque litis parte posse libere & ex quacunque causa ea non expressa dominum reuocare procuratorem, sine tamen prauidicio aduersarii, in his quae gesta sunt. Et si quis reuocatus est se ingerat nego.

negotio eo ipso suspectus est, tanquam contra domini voluntatem gerens. *le qua omnia, 25. §. 1. de procur.* Ceterum, si post contestationem vel condemnationem litigator seu cliens reuocauerit procuratorem, nein aduersarii perniciam facere possit cautum est: & ideo iubetur ordinatione curie supremæ Patrisiorum edita *sur les conges & des faux, 1534. art. 25.* vt dum reuocatio fit prioris, statim alius eligatur & eodem die, procuratorumque aduersarii infinuetur: alioquin si actum id non fuerit, cum procuratore reuocato permittit curia & taxationem impensarum fieri, eumque statuit compellendum, vt ea aliisq; de causis, eius negotiis compareat, & munus suum obeat.

17. ¶ Ceterum porro reuocatus primus procurator eo ipso quod alius in eius locum subrogatus est, *si quis cum procuratore, §. 1. de proc. P.* quanquam secundus non acceptauerit mandatum, *Bell. de-ct. 53.* omnino secunda constitutio procuratoris sit generalis, quia per illam non reuocatur antea factum in specie mandatum, *decis. Roia. 298.*

18. ¶ Manus hoc procuratorium ad lites, est regulis comprehensum in curie supremæ constitutione, *des Aduocats & Procureurs.* Habent & singula tribunalia stylum proprium, cui mercedis adheerent, vt difficile sit omnia hic comprehendere, imo valde onerosum recuere quod vel pragmatici tyrones noriunt. In summa tamen dicam, officium in eo consistere, vt procurator omnia ex fide & diligentia in lite sibi commissa agat, quæ ipsemet cliens, si presens esset, & perse litem exerceret, acturus esset, & tanquam amicus ei subueniat & negotium gerat, saltem ex mandato & eius voluntate quam agi iouit. Nihil enim amplius debet quam bonam fidem, & diligentiam in exsequendo mandato, *l. eidemque & infendo, 10. mand. P.* Nec inuitus procuracionem suscipere, vel susceptam ultra mandata exsequi, sed fidem tantum implere cogitur, *lanutus, 17. de proc. C. filius familias §. inuitus, eo. P.* sicut etiam solummodo & potest & debet, quod emissa procuratio prescripserit, *la maritus, 20. eo. C. diligenter, mand. P.* nomine domini in eo condemnandus. Neque durior conditio fieri potest procuratoris bene exsequentis, quam domini, præterquam in satisfatione *leg. sed & ha persona, 35. §. defendere au. eo. de proc. P. l. C. eod.*

19. ¶ Omnia ad dominum pertinent, pena & sumtus, lucrum & damnum, de quibus tantum reddere rationem procurator debet sine commodo suo vel damno, *le qui proprio nomine, 46. §. procurator, le. quacunq; ratione de proc. P.* Gratuitum etiam & hoc munus est, quia gratuitum officium alicui est, *l. i. mand. P. litem, C. de proc. §. 1. mand. ap. Justin.* alioquin enim interueniente mercedis sollicitatione, locatio esset operatum, *le qui operas, loc. P.*

20. ¶ Quanquam & procuratoribus reuocacionis nomine, salaria præbeatur recte & merito, *si remunerandi, & l. salarium, mand. P.* Verum procuratori non est permittam pacisci cum cliente de quota parte rei in litem deductæ, puta, vt non quidem expensæ can vltis legitimis (si quidem legitime reperantur iure) restituar, tunc sed pars rei aliqua, puta dimidia eius rei que in iudicium deducta est, & ex ea lite data erit, *leg. sumtus, 54. de part. P. & d. salarium, mand. P. l. litem reddemissis, 3. de proc. C.* Sumtus autem proculdubio in litem factos repetit, mandati actione, *qui mutua pecuniam, 56. §. si, mand. P.* et si litalem non habuerit, qualem dominus desiderat exitum, *Bare. an d. §. fin. le. qui mutua.* Statuit tamen in hac questione Carol. 7. constitutione, art. 17. vt procuratores actis suis præscribant, quæ a litigantibus acceptent, neque admittendos nisi ex magna causa ad petitionem vacationum seu salarii, vel operatum expositarum ante annum vnum, vel duos. Et in art. 44. ius illis non esse sub preextu salarii, retinere instrumenta vel acta litigantium. ¶ Quæ admodum autem solent curiæ prospicere de salario procuratoribus: sic etiam & prospiciunt, vt ex dolo & nimia negligentia procuratorum, litigantium iura vel minuatur vel lædantur. Quamuis enim procuratoris factum domino seu clienti noceat, *l. ut lit. non contest. §. c. & ibi gl. & Pano.* & contumacia procuratoris, puta, quod d-bito tempore se non presentauerit, quod nocet clienti, retractabilis est ex causa negligentie procuratoris, rependendo tamen aduersario sumtus in eam causam factos, *Pano. post Inno. & Bart. in d. c. 1. nu. 21. & 22. ut lit. non contest.* Emendatur quoque negligentia procuratoris, vel libello oblato Iudici qui de causa cognouit, vel codicillis a regia cancellaria ea de re impetratis. Subueniunt & clienti contra doli procuratoris sui, vel contra eius præuersionem, *l. i. de aduoca. diuer. iudicio.* Et sepe curiæ quæ ob tergiversationes & fugas procuratorum castigant litigantes inultis, ob morosas dilaciones, re-torquent multas aduersus ipsos procuratores, si clientes damnati

doceant non suo, sed procuratorum facto culpam inesse. Vt statuit fieri debere curia, in ordinat. de abbreviatis litibus, art. 7. Et Bart. etiam notat, in *l. si se non obtulis, de re iud. P.* procuratorem teneri ad expensas, quæ contingunt propter eius contumaciam. Et procurator, cuius dolo vel culpa aduersarius obtinuit condemnationem expensarum, tenetur dominum conseruare indemnem; & expensas de suo soluere, *leg. vni. §. si procurator, si quis ius dic. non obtemp. P.*

De Quibusdam aliis Speciebus procuratorum ad lites, vt de Syndico, Actore. Cap. 3.

Lib. 1. Decret. tit. 39.

- 1. Syndicus, & Actor vniuersitatis, qui dicantur: vtriusque munus, & differentia, nu. 2. & 3.
- 4. Apocrisarius in iure qui dicantur.
- 5. Deputatus seu delegatus ad comitia Syndici sunt.
- 6. Syndici patria officium & munus.
- 7. Syndici locorum piorum.
- 8. Inquilinorum auctor & defensor.
- 9. Auctoritas quid.
- Et in vsucapionibus & emtionibus auctorem nominare quid item nu. 10.
- 11. Solicitatores & Instructores litium: Harpye, & mala eorum, nu. 12.

Inter species procuratorum ad lites, sunt Syndici dicti; vel defensores. Græci Syndicos appellant, *l. si. defensores, de muner. & honor.* qui laborem personalis muneris aggreduuntur, & quia agendum vel defendendum eliguntur: & proprie illi, qui lites alicuius vniuersitatis vel collegii curant, vt in iur. l. i. §. quibus permittum est, quod cuius vniuers. nom. & c. P. vbi gl. hoc interesse inter Syndicum & Actorem vniuersitatis ait, quod vniuersitatis sit defensor vniuersitatis in certo genere causarum, *in l. si. quod cuius vniuers. nomi. le. item eorum, 6. §. sed si ita, eod.* Syndicus, in vniuersis. Quæ tamen distinctio plerumque confunditur, sicuti liquet ex tit. de Syndico, apud Gregorium lib. 1. Decret. tit. 39. vbi vsurpatur & pro eo, qui causam conuentus & sodalitati ecclesiasticæ agit, vel dicit, *vt in c. 1. de procur.*

¶ A municipibus vel ab aliqua vniuersitate datus procurator, dicitur Actor vniuersitatis, non singulorum: quia publico negotio, non singulorum interuenit, *leg. 2. quod cuiusque vniuers. nom. P.* Actor porro & Syndicus differunt ab administratore Reipublicæ, vt hic, in administratione: alii, in litibus interueniant. Quare & ex cautione actoris datur actio administratori Reipublicæ, *d. l. fin. eod.* Accedunt & administratribus curatores ciuitatum, de quibus in l. fin. de administr. ter. ad ciuitat. pertin. lib. 50. P. tit. 8.

¶ De munere Syndici meminit Demosthenes, dum ait, pro Ctesiphonte, Aristidem fuisse creatum Syndicum ab Atheniensibus, vt communi causæ Græciæ patrocinaretur, Atheniensium nomine. Et oratione *περὲς Ἀσπίλου*, lege fuisse Athenis sancitum tradit, ne cui iterum Syndicum fieri liceret create a populo: idque, ne syndicia, hoc est Syndici munera, ad publicam utilitatem inuenta, vertentur in quantum compendiumque priuatum. Rursum & pro corona, de Aristide ab Atheniensibus Syndico seu patrono creato, vt pro Delio fieri diceret apud Amphictetenas, ait *χερτονοποιων ἀντὶ τῶν ἐμῶν ἀνδρῶν ὡς ἐξ ἑσῶ ἐξ Ἀθῆναι.* Secundum Speculatorem, in 1. part. Spec. ul. 3. par. lib. 1. de iis qui alieno nomine in iudic. interue.

¶ Syndicus vocatur in iure Hypocritarius, vt in §. non autem aliter: quomodo oportet, episc. in Authent. vbi tantum Apocrisarii non Hypocritarii mentio fit. Nemo, inquit, audeat ex episcopis vel clericis, ad aulam principis prius per se venire, quam per medium metropolitani, vel patriarchæ, vel per Apocrisarios diocesanos cuius sint qui proficiuntur. Meminit de Apocrisariis capit. conuenientibus, i. quæst. 7. cap. significasti, de electio. vbi Apocrisarios sedis apostolicæ dici puto eos, qui nomine Summi pontificis interefferent & agerent: quique dici possent legati Summi pontificis. Scio quid dicat gloss. de hoc nomine, sed in erroribus non immeritor. Existimo autem dici a verbo *ἀποκρίνομαι*, quod in neutra significatione significat respondeo. Vnde *ἀποκρίσις* responso, & Apocrisarius interpres, qui nomine alicuius vel responsum dat, vel accipit. Et *δὲς ἐξέλετο δὴ τὴν ἀποκρίματων*, id est, qui fuit a responso, & vt ait Suidas, in nomine *δωνιστῶν*, id est, qui respondebat. Sicuti & dicimus a consiliis eum, qui consilio interest, & a secretis, &c.



¶ S'c & inter Syndicos annumerant pleriq; delegatos, quos dicitur de iuratos, vel cum syndicatu missos ad comitia, aut ad Principem, alicuius rei nomine, Reipublice vel patrie vel ciuitatis explicanda causa. ¶ Postea dicit Syndicus defensor vel curator Reipub. sumta in genere nominis appellatione, de cuius creatione & qualitate tradit lex, nullus de decur. C. Fit & mentio de defensore prouit dicit per Imper. Grat. Valentinian. & Theod. in l. 4. de defen. seu. lib. 1. C. it. § 6. quem dicere possumus Syndic du pays, cuius ibi leges & officium praeribuntur cum potestate, quarum 1. Vt plebi parentis vice sit. 2. Non patiatur rusticos vrbanosq; descriptionibus affligi. 3. Officialium insolentiae & iudicum proccitatis, salua reuerentia pudoris occurrat. 4. Ingreddendi cum vider ad iudicem liberam habeat facultatem, & reliqua quae sequuntur, exsequatur. ¶ Syndicarum quoddam munus etiam Orphanotrophorum, Hospitalium, & Xenodochiorum curatores, de quibus dicitur in personis ecclesiasticis, sup. lib. 15. Syntag. huius cap. 28. quorum & procurator litiu insistor, dicitur Syndicus.

¶ Erat & procuratorum litiu muneris species, quaedam formula patrocini, quae pro inquilinis adhibebatur. Verebatur enim Athenis in aliis nonnullis oppidis Graeciae, inquilinum in iudicio versari ac causam orare, nisi auctorem vindicemq; adhibuisset, quae vocabantur *oēs dēto*, vt ait Helychius in verbo *oēs dēto*, vbi & docet iudicium quoq; speciem dictam *oēs dēto*, aduersus inquilinos, quia quid Athenis sine auctore hoc administrasset. Illud quoque Harpocration testatur, eosque coactos sibi aliquem apud Athenienses assignare praesidem & auctorem. ¶ His accedit ex iure Romano & Gallico, auctoritas quam diximus, sup. hoc lib. 6. 2. exigi tutoris vel curatoris in iudicio pupillorum & minorum: patrisque in causis filiorum familiarum mariti, in causa vxoris. Auctoritas est Graecis *ἀδελφία*, videlicet, cuius gratia dictis factisque cuiuslibet plurimum deferimus: idque quod quispiam approbat. Explicat Paulus, l. 3. de auctori. iur. P. Etiam si, inquit, non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cum se probare dicit id quod agit, id est, se auctorem fieri. Et ita differt auctoritas, quae probat, ab approbato. Neq; quisquam sibi auctor esse potest directo, & nisi per consequentiam negotiorum, in l. de pupillis, §. 1. ¶ Leg. quod dicitur, 7. cod. §. si. eo. apud Iustin. ¶ Sic intelliges in venditionibus, nihil aliud esse auctorem non in aere, quam allegare & vocare venditionem, qui vim emitioni & approbatione adferat. I. Herennius Modestinus, de exilio. P. Et ibi late explicat Budaeus ex Gellio & Macrobio. Inde & auctoritas in legib. 12. tabul. & lege Attinia, pro potestate & approbatione possessionis. Quod subreptam rei, eius rei aeterna auctoritas esto, Gell. lib. 16. hoc est, potestas praeribendi furto subtrahenda non sit, nisi aeterna seu temporis eius initii memoria non sit. Et apud Cicer. pro Caccinna, biennii auctoritas, praeripto quae per biennium approbat pacificam possessionem. ¶ Accedunt quodammodo etiam procuratoribus ad lites, insitores litiu, qui vulgo pragmatici & sollicitatores dicuntur: eo quod promoueant & accelerent lites, & operam aduocatorum & cognitorum seu procuratorum: quorum est magna copia in curiis, tum in Gallia, tum Roma, vbi iocantur quosdam sollicitatores aulae Romanae expeditionum, qui supplicibus in eorum impetrationibus & diplomatum expeditioni operam praestant, qui vulgo vocantur sollicitatores literarum apostolicarum, vel Ianzeri. Orlan. West. lib. 2. introduct. in aulae Romanae actiones. c. 20. Sunt & alii causarum sollicitatores seu insitores, harpyiae quaedam, qui & sepe vorant salaria procuratorum & aduocatorum, & quae muneris illorum sunt, vel arrentant vel eludunt, vt sibi lucrum referent, suppositis procuratorum vel aduocatorum nominibus, quod ne facerent posthac illis multa dicta & poena, prohibita sunt edito Henrici 2. die 29. Iunii 1549.

¶ Iustitiae quoque eos adire curia & aula sub mortis poena, Franc. i. consil. Sur la police des gens s'adressans la cour, huiusmodi insitores: qui certe merere sunt iudicium corruptelae, auctores inuertendarum litiu, cautelarum & fraudum impietate, concinnatores & redemptores litiu, Vlp. in l. nec quocquam, §. circa aduocatos, de offi. Proconsul. P. Sed & in regia promissimi regni exploratores, & consilia regni non fortiantur suum optimum & decretum sine. Sunt enim iuxta regem, tot mures, sollicitatores dico & nihil alicui homines, hirudines litigantium, qui intellecta renuntiant & referunt, vt ante exitum ab impiis hominibus preueniantur. Quod prudentissimus ille rex Franciscus inquit, coeruit, & prohibuit fraudum maxime illorum causa, ne literae cuiuspiam mitterentur ab illis, vel characterebus incognitis, vel numeris seu

ziphis praeriptae, aut nisi communi idiomate & literis vulgaribus, deque negotiis aliis quam regis.

De Aduocatis. Cap. 6.

De postul. lib. 3. Patric. Lib. 2. Cit. 6. 7. 8. Lib. 1. Decret.

1. Aduocatus & mens procuratorum.
2. Aduocatus, & eius officii synonyma, eiusq; iurisdic. Et nu. 5.
3. Patronus litiu quis.
4. Rhetor & orator item qui nu. 4.
6. Procuratoris quomodo differant ab aduocatis.
7. Aduocatorum distinctiones priuatarum & publicarum causarum.
8. Aduocatorum ex curiis diuersa nomina: & diuersa dignitas ex illis diuersis numeris nu. 9.
10. Aduocati consistoriales Romae qui & eorum privilegia.
11. Aduocati pauperum Romae.
12. Aduocatus quis causis iuri debent, & eorum iuramentum.
13. Aduocatus an possit postulare contra suum dominum directum. Et num item in eadem causa pro duobus aduersariis nu. 14.
15. Aduocatorum alium ex quibus repleatur, vel qui possint esse aduocati: & in illis assumendis quae praecedat probatio: Mores & gestus eorum quales esse debeant nu. 18. 19. & 20.
16. Aduocatus necessarius: & auctor a iudice non habentibus. Et nu. 17.
21. Postulare qui prohibeantur, & num. seq. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.
29. Postulare sententia qui & quandiu & quomodo prohibeantur.
30. Aduocatorum futium & verborum pernicia in Repub. Et nu. 32.
31. Loquendi facultatem cur sere aduocati amittant premature.
33. Aduocatus pacificus de quota litiu quomodo puniatur.
34. Aduocatorum officium & diligentia quae. Eius officii constituendae rationes nu. 35. & seq.
36. Aduocatus nemo bonus in causa propria.
37. Aduocati cogi possunt causas agere pro opem implorantibus.

Mens, consilium, atque os cognitorum sunt aduocati, ad quos etiam apparatus causas vel apparatus deferunt procuratores, vt ad primos iudices, consulendi causa, num tuto se discerni iudicium possint committere: vbi enim procuratores acceperint a clientibus in data sua procuracionem cum sagacia cause narratione, vel, vt dicunt, cum instructionibus & memorialibus causae, de bent consulere super his aduocatus, qui animaduertat num ius sit litigandi, vel num a lite abstinentum sit, vt statutum est ordinatione curiae supremae Patifensis, de Aduocatis & Procuratoribus.

¶ Aduocatus, causae patronus, orator, rhetor, causidicus: & idum excandescit praeter modum, a rabie rabula dicitur, qui desiderium suum vel amici, agendo vel defendendo exponit, qui iurisdictoni praest, vel alterius desiderio contradicit, l. 1. §. postulare, de postu. P. & in sum. §. est autem postulare 3. q. 7. Omittam hic magis lubiles, quam necessarias, & alterius tractationis hberioris explicationes, synonymorum aduocatorum. ¶ Quid enim immorarer in eo, quod Valla ait aduocati nomen latius patere qua patroni causarum, quod patronus a patre, qui reum defendit, & imbecilliter, verbo aut factu, Valla lib. 4. Elegant. c. 12. nam & is qui aduersarium defendit, dicitur & patronus causae. ¶ Rhetores etiam scimus ab aliis quibus dicit & eos, qui extra iudicium vbratiles defendunt vel accusant causas, & proprie declamatores dictos. Sed & patet Rhetores Graecis dictos, vt Demosthenem & alios, oratores, qui vere in concioibus populi & iudicium consensu causas agerent vel defenderent. Et Orator dicitur apud Ciceronem vir bonus dicendi peritus, qui in causis publicis & priuatis plena atque perfecta vitur eloquentia. Causidicus item dicitur, qui causam seu litem exponit. ¶ Omnes, dum ad tribunale dicunt & qui vocantur aduocati dicuntur: vt & vocationem festium dicendi testimonii causa, aduocacionem dicemus, l. 1. §. 20. ad leg. Corn. de fals. C. Et proinde omnis istis omnibus, annotabimus in summa, aduocatos nos omnes accipere debere omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur, & in omni tractu negotii ad futuri sunt, l. 1. §. aduocatos, de var. & extr. ord. d. c. gnu. P. Videntur & cotineri haec generalis appellatione, etiam procuratores, & in sum. iuncta gl. 3. q. 7. contra, procuratorum nomine aduocati, quia vtrique pro tractu cause in iudicium aduocantur, vtrique curant & procuracionem gerunt clientis, & quaedam sunt etiam vtriusque communia, d. l. §. aduocatos, de var. & extr. ord. c. gnu. atque, vt monni in tribunalibus iudicium inferiori, causarum patroni adhuc vtrumque munus obent. Et vidi etiam nam

& reces est memoria, in sublellis Senachorum & Praesidialium, in ditione horum officium, donec ceperit ex sollicitatoribus & institutoribus creati procuratores. Sunt & procuratores Romanae curiae, graues viri & doctores, quorum munus non vere procuratorum, sed oratorum aut patronorum est, *Orator an. West. lib. 2. introduct. in actione Romanae aule. c. 19. Et ibi Nicol. Andr. Gran.*

¶ Verum nobilitate officii distant patroni causarum seu causidici a procuratoribus: nam procuratores seu cognitores, sunt veluti administri & apparatus seu executores aduocationis: & procurator vicem personae & domicilii tantum absente cliente sustinet, Patronus sua auctoritate, consilio & opera, litigantem in iudicio adiuuat & representat. Sed & procurator cum aduersario collidens, tenetur a iudice mandari, *si procuratore, mand. P. l. si proutur. C. de procura. aduocatus autem, de praerogatione, l. 1. de aduoc. diuersi iudicio. C.*

¶ Aduocatorum seu patronorum, alii dicuntur priuatorum causis & negotiis additi, alii publicis: vnde illi simpliciter aduocati curiarum earum, quarum albo descripti sunt, *rubr. de aduoc. diuersi iudicio. lib. 2. C. ii. 7. Et de aduoc. diuersi iudicium, eod. tit. 8.* isti aduocati regis, vel fisci, *de aduoc. fisci. lib. 2. C. vi. 9.* vel generales seu publici dicuntur. De priuatarum causarum aduocatione, munere, & legibus prius dicendum, subinde Deo fauente, de aduocatis & cognitoribus Regis & fisci.

¶ Priuatorum itaque aduocati dicebantur nominibus suarum curiarum vel iudiciorum, vnde tres tituli positi sunt, de postulando, de Aduocatis diuersorum iudiciorum, & diuersorum iudicium. Titulus de postulando, generaliter de munere postulationis tractat. In tit. de aduoc. diuersorum iudiciorum, de personis aduocatorum cuiusque causae priuatae vel fisci. In tit. de aduoc. diuersorum iudicium, de privilegiis aduocatorum diuersorum iudicium pro feri dignitate, cui erant conscripti, quibus utebantur aut tempore sessionis officii, aut post depositum officium aduocationis.

¶ Non enim antiquitus omnes passim ad tribunalia maiora admittentur causas acturi aut defensori pro aliis, sed tantum aliqui, cum delectis & certo numero albo conscribentur, in quo qui non essent inscripti, in eius praetorio non poterant patrocinari, etsi in aliis possent: vt fuerunt interdum quinquaginta tempore Leonis & Anthonii Caesarum, in praetorio Alexandrino, *h. petitionem viroorum, 13. de aduoc. diuersi iudicio. C. fuerunt interdum 15. ut in le. cum aduocato, 8. l. neminem. 11. C. eo. in Praefectura praetoriana Romana 64. l. ad similitudinem, 16. C. l. post duos, 15. eo. inter quos adhuc erant delecti quindecim potioris gradus post fisci aduocatos, quorum privilegia donabantur, *l. ad similitudinem. & ex quorum etiam ordine, seniores in albo per annum vel biennium aduocati fisci eligebantur, & subrogabantur in locum & honorem de mortui antea, d. le. petitionem, 13. §. quando autem, eod.**

¶ Romae nunc in sacro senatu Summi pontificis, qui consistorium appellatur, Decemviri conscripti sunt, qui intercessionibus seu oppositionibus electionum ecclesiarum a sede vel consistorio cognoiscendas exponerent, dicti Consistoriales aduocati, quibus multa privilegia indulta sunt: veluti laetitia & doctoria in viroque iure Caesareo & Pontificio doctores iuuenes ornandi: item & locum parentis ipsius ordinis, in filios & nepotes idoneos, alioquin iurisperitos, transmittendi, *de le. de fisci, & alius vltorum priui. Orlani. Westrium. lib. 2. introduct. in aule Roma. actio. c. 18.* Suo alii aduocati in aliis causis & tribunalibus Romae, non tamen eius privilegii.

¶ Sunt & aduocati salario de publico donati, dicti aduocati pauperum, in camera apostolica Romae, qui pauperum causas fouent & defendunt, vel defendere debent gratis, *idem lib. 2. c. 67.* praesidium contra potentium iniurias: cum alloqui.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores, Ouid. 1. de arte. Etytae etiam alibi Ouidius, idem 1. Fasti.

In pretio pretium nunc est, dat census honores, Censur amicitias, pauper ubiq. iacet.

Et hodie in Gallia solent vel debent exhibere pauperibus officium granitum triumviri regii, seu aduocati fisci.

¶ Aduocati patrocinium de omnibus rebus est, de quibus iuste moueri vel defendi potest: de aliis nequaquam. Et ita iurant diligenter & ex fide officium suum praebituros: quod e contra sibi causa improba, vel penitus desperata scientes prudenteque mala conscientia litigant non patrocinabuntur. Sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, a causa recedent.

¶ Dubitandum aliquando, num vasallus contra dominum postulare possit propter formam fidelitatis, quae habet fidem pollicitam consilii, & defensionis rerum & personarum, aduersus qua

committens priuatur feudo, *leg. rem non nouam. 12. §. patroni autem, de iud. C. nisi inquit Speculator, pro sibi coniuncta persona postulare vasallus, §. 1. de for. fidelis. §. 1. de no. for. fidel. in vlt. feudo. Ceterum Aufrelius refert, Spec. in 1. par. Spec. lib. 1. parti. 4. de aduocato §. item quod postulat contra eum. arg. c. fi. §. clericus. de postibi. anno Domini 1384. decisum a refo curiae supremae quod aduocati possent placitare contra illos quorum sunt vasalli, dummodo non sit questio feudi, quod tenetur a dictis dominis, nec de causa contingente honorem personae domini. Addit Aufrelius, & nisi causa esset notorie iniusta, quia illo casu posset contra dominum patrocinari, vt notat Bald. in si vili in c. 1. col. 2. vlt. nota ergo cum quaeritur, in tit. hic finitur lex Contra. & in §. 1. col. 2. tit. quib. mod. seu. amit. in vlt. feud. Refert etiam Io. Gallus in quaestioib. decisus per a refo, q. 24. id ipsum fuisse decisum in Parlamento Parisiorum contra Archiepiscopum Rhemensem, eod. anno 1384. & ante anno 1374. At prohibetur, ne clerici contra propriam ecclesiam postulent, *Aufre. in collect. ar. f. are. 3.* Non potest etiam, qui vnus clientuli prius causam cognouit, eumque aduocatus fuit, in ea causa relicto clientulo primo, aduersario patrocinari, *c. fi. de postul.**

¶ Fieret enim collusio pro diti causa, & praerogatio prohibita, *l. §. praerogator. ad Senat. Turpil. P. l. de praerog. P. l. abletas, §. praerogatur de iis qui no. insu. P.* Neque admitto sententiam Speculatoris, qui ait in tit. de aduocato, vnum aduocatum pro vtraque parte postulare posse: quem sequitur Angel. Claus. in summa, in ver. aduocatus, n. 17. si causa inquit, sit dubia: semper enim bonae fidei aduocationis obstat praerogatio, & sunt contrarii litigantes, nec duobus dominis contrariis quis fideliter potest inferuire. Interdictum etiam est pro grauissimis delictis aduocationem vel patrocinium suscipere, *per omnes. de defen. ciuili. C. Bal. in auben. habita. 6. col. versicul. Et quero nunquid, de iniuria ne fil. pro pat. C. Eliguntur aduocati in curiis primum generaliter ex peritis per ipsos Iudices & in album describi iubent aduocatorum.*

¶ Subinde ex illis litigantes sibi aduocant, vel per illorum procuratores causae praeficiuntur. Idque communi stylo receptum est, omnium fere iudiciorum comprobatione.

¶ Ignorandum tamen non est, Claudium Caesarem cum esset censor, quempiam nisi sua voce vtique quis possit, ac sine patrono, vitae suae rationem passum non fuisse reddere, *Sueton. in Claud. c. 16.* Sed illud forsitan, dum de cognoscendis moribus ageretur, qui facilius, quia personales, ex ipsa persona quam ex relatione patronorum vel procuratorum elicuntur: in aliis non ita faciendum, in quibus & aduocatus & procurator necessario vsq; adeo desiderantur, vt Praetor dixerit edicto, *Si non habebunt aduocatum ego dabo. l. §. ait praetor. de postul. P. l. prouidendum. C. eo.* Et Iudex aduocatos quoque petentibus debet indulgere, plerumque senilis vel papillis, vel alias debilibus, vel iis, qui sanae mentis non sunt, si quis ei petat: vel si nemo sit qui petat, vitro eis dare debet, *l. nec quicquam. 9. §. obseruare. de offi. Procons. P. Ideo & Valentiana. in Nouellis constitutionibus, prospexit edicto, ne oppida ab aduocatis desererentur, & ibi eos residere constituit: vt iure causae agerentur & defenderentur, & non temere. Sic enim scribit, Notum, inquit, est post fatalem hostium ruinam, qua Italia laborauit, in quibusdam regionibus & castris & Iudices defuisse, hodieque gnaros iuris & legum aut raro aut minime reperiri. Nam haec necessitas facit perpetuam dari provincialibus aduocatis, *Et in legibus Nouel. Valentianae. tit. 10. de confirmandis his que ab administr. Et. alien sunt.* Clades illi erat quae ab ingressu Alarici contigerat. Posteaque idem constituit ibidem, ne curiae omnino desererentur ab iis viris, qui ad praetorianas aduocationes properarent, neve destituerentur ciuitates: & si ad togam properaret propter privilegia suffectum curiae praestarent, cuius studio perficerent vniuersa, quae per se ipsos fuerant procuranda, prouidendum quippe esse, ne provinciales tenues homines, defensionis inopia ad requirenda sumtuosa auditoria venire cogantur. ¶ Non nego tamen apud Polonos, procuratores rarissime vel aduocatos admitti, sed quemlibet causam suam exponere, *Sigis. Lib. Baro. li. de reb. Moscouita. in sanctionibus Basilis.* verum suus cuique provinciae seruandus mos: ¶ Admittunt porro in officium hoc aduocati, Iudices, tantum idoneos muneri, bonis moribus & conuenienti doctrina praeditos, *in xia. l. nemi licere. 11. de aduoc. diuersi iud. eoq; de causa vt sciat, num huiusmodi qualitates sint, cuius esse debet, statuitur inquisitio in parlamento Tholosano ex officio, priusquam adiuramentum & descriptionem admittantur, & antequam cooptentur in hunc ordinem. Ita Carolus Magnus, in capitula**



- de pace, c. 1. Præui aduocati tollantur, & vicodominii, & vicarii, & centenarii: Et tales eligantur qui scienti & velint iuste causas discernere & terminare. Boni mores eorum & in internis & exterioribus actibus perpendantur. Quare Austerius desiderat, in stylo parlament. 1. par. c. 1. in aduocati persona, gestum maturum, vultu lætatum, moderatam humanitatem, curialem formam, iræ temperamentum. Quæ vberius & ornatus explicat Cicero de Oratore, Quintilia lib. 2. Instit. orat. c. 10. & alibi.
- 20 ¶ Eruditio autem & doctrina eorum esse debet quæ superet discipuli gradum. Nam ubi allecti sunt in eum ordinem & album, desinant esse scholastici. Quo factum est, vt die 9. Martii 1386. Regis literæ fuerint propolite & promulgatæ in curia suprema Parisiensi, quibus iubebat Rex omnibus Iudicibus, ne sinerent aduocatos vel procuratores in suis tribunalibus praxim exercere, vel causas agere, qui se vellent eximere a canonis solutione, seu a taliis prætextu scholaritatis, vt refert Ioan. Gallus, parte 5. stylo paria de questio. decisi per are. parlam. q. 9. secundum digestum ordinem a Carolo Molino. Prohibet Analtius Cæsar quempiam confortio aduocatorum associari, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur in hæsisse, in l. inuenimus, l. 3. §. pro sportulis, versu nec de cetero, & l. petitiones, §. pro sportulis, de aduoca. diuer. iudiciorum. Legum autem discendarum tempus iure præscriptum, §. sed quia est solutum, in proce. P. ca. fin. de magistris, c. licet, de præben. c. de cetero, de clerico non resid. est quinquennium, post quod gradus aliquis magisterii peti potest, non ante. Sicuti & in concilio Basiliensi prohibetur, ne ante studiū legum impensum per quinquennium in aliqua nominata academia, quispiam baccalaureus legum vel iuris Cæfarei fiat vel pontificii, vel nominationes obtineat: exceptis filiis natis ex vtroque parente nobili, quibus sufficit triennium, §. vnde licet de collatio, in pragmat. sanctio. Quod & constitutione regia Lud. 1. cautum est, anno 1512. artic. 8. tanto enim quinquennii tempore Pythagorici silendo discabant, Suid. in Pnythag. Lucia. in Gallo, Athenens. libro 4. Dignosop. c. 19. Testimonium eruditionis petendum est a iuris professoribus, sub quibus legum & iurium studio operam dederint, ideo & gradus datur, & veluti testimoniales academice probationis codicilli, l. nemi licere, v. de aduoc. diuer. iudicio, quos cognitori & aduocatis regis curiis, vbi albo aduocatorum scribi volunt, edere debent, & vna cum literis exhibere: illi vero referunt Iudici se vidisse literas gradus, & inquisitionem quoque de moribus, & proinde conferunt eorum iuramento, receptioni, & descriptioni. Plinius lib. 2. episto. Maximo scribens, conuenit de aduocatis parum ad dicendum aptis, & adolescentibus audacibus, qui irreuerenter & leuiter ad declamandum in centumviralem curiā transirent, re factis pudoris & reuerentie claustris, cum ante memoriam suam, maiores natu ita solerent dicere, vt aliquo consulari producente. Et certe non meretur in magistrum eligi, qui nunquam bonus fuit discipulus, c. cum in magistris, de electio. c. ordinatos, §. d. l. c. miserum, §. d. l. nec causas in iudicio explicare, qui quomodo explicari deberent, non didicit.
- 21 ¶ Postulare omnes possunt qui singulari nota non prohibentur, l. mutui, §. 3. de procurat. P. Prohibentur vero edicto, lege, sententia Iudicis: aliqui in totum, pro omnibus, & vbi que: alii pro certis: alii alicubi tantum: & ad tempus: alii in perpetuum, l. 1. §. 1. §. l. quæ prohibet, de post. P. Initium fecit Prætor ab iis qui in totum prohibentur postulare, in quo edicto, aut pueritiam, aut casum excusauit: pueritiam, dum minorem 17. ann. prohibet: propter casum veluti surdum, d. l. §. initium. In eorum enim est, vt qui curatore adhuc egent, & proximi sunt tutelæ, quive se regere non possunt, alios regant, cap. in decorum, de elect. Neque ad rem facit, quod Cæsar petihibetur pro rostris auiam laudasse 12. tantum annos natus. Hoc enim & similitaro contingunt, & sæpe si contingant aliorum opera tantum verba in pulpitis velut a Platonicis effertur: cum tamen in sublellis non memorie mandata sufficiat dicere, sed & pro occurrentibus negotiis, & in stare, & noua & exemplo inuenire, & aciem aduerarij secundum præposita retundere oporteat. Videbis tamen Quint. de legitima ætate procedendi & agendi causas, libro 12. cap. 6. Ob sexum 2. mulier arceatur a tribunalium sublellis, propter pudicitiam sexus quæ quedammodo acatur concessa hominum, l. 1. §. secundo loco, & §. sexum, de postul. P. l. femina de reg. iuris. P. Et quod aliena subire defensionem manus virile sit, alienam, C. de proc.
- 22 ¶ Sed & dedit edicto prohibitionis aliquando ansam, C. Aphranta quam corrupte legunt aliqui Codices Calphurniam, d. l. 1. §. origo, de postul. quæ assiduis latratibus impluerat tribunalia, fa-

Et muliebri calumnie notissimum exemplum: ita vt illius crimine obiciatur improbis mulieribus Aphranta nomen, vt ait Valer. Max. lib. 8. c. 3. ¶ Et fertur aliquando in foro propria causa dixisse, & Senatum misisse Deum consultum, quidnam res illa ciuitati portenderet, vt scribit Plutar. in comparatione Numæ & Lycurgi. ¶ Legi prohibetur postulare clerici, nisi pro se suaque ecclesia, aut pro quibusdam miserabilibus, per quos sibi natura coniunctis, c. 2. 3. de postul. apud Gre. l. placet iuncta aub. interdicimus, de epis. & cler. c. sacerdotibus, ne cleric. vel mona. secula. neg. se immis. potissimum in causa criminali, & hoc coram Iudice iudiciali, c. aliquantos, §. 1. dist. c. 1. 23. q. 8. Ratio adfertur in l. consulta diualla, C. de testa. & l. repetita, C. de epis. & cler. & nisi misericordia illis permittat extra ordinem, vt in c. nouimus, de verb. signifi. c. si res, 14. q. c. vnico, 15. q. 2. Exstat Ioan. Xiphilini patriarche Constantinopolitani constitutio, qua cauetur vt nemo deinceps monachus, aut ecclesiastica persona, alienas causas suscipiens in iudicio defendat, præterquam si forte sit causa ecclesiastica, & ab ipso patriarcha iuberetur alterutris subire defensionem, l. 2. iur. Oriental. c. l. 3. lo. Xiphilini quamuis olim aliter ferit obseruatum, fuerintque aliquando aduocati, qui in ciuilibus iudiciis stationes habebant, & imperiales frumentarias telleras accipiebant, & sub primicerijs erant, & a mundanis magistratibus confirmabantur: quod & odiosum visum fuit, & punitioe dignum, vnde d. l. 2. in const. Lucæ Patriar. constit. si. de aduocatis, l. 3. postremum, C. v. l. 8. Basilico. & quæ in præfati libro digesta sunt, tradunt & aduocatorum collegium esse, a quo cuiusque temporis prescelto confirmari. ¶ Prohibetur lege postulare Iudeus contra Christianum: item is qui sacro baptumate letus non tacit, & veram fidem non habet, l. nemo, de postulat. C. l. 15. C. de epis. audi. c. infamis, §. q. 7. c. excommunicamus, de heres. in 6. ¶ Qui in causa est Iudex, l. quisquis, de post. C. l. si. C. de offi. §. 6. Item & tabellio, 27. quia officium eius vile censetur, l. 1. §. 2. de tab. lib. 10. C. ¶ 7. Seruus etiam, l. moris, §. non nunquam, de pen. P. l. vniuersos, C. de decur. liberi autem minime, si literis eruditi sint, l. nec ceterorum, Cod. de postul.

¶ 8. Item prohibentur imperiti literarum, d. l. nec ceterorum, quia illi comparantur cæcis, c. post translationem, §. si quis, de renun. & corpore vitiatiss, c. 1. 3. 6. dist.

¶ 9. Sententiam certis de causis prohibetur aliquibus, vel ad tempus vel in perpetuum patrocinium exercere: atque ideo quādiu interdictione durat, tandiu arceatur a sublellis. Interdū cum nota infamie, vt ob crimen: interdum sine nota, vt quando studiosis & clericis forum interdicitur, ut in l. 1. §. si. C. de postul. l. quæ prohibet, eo. P. l. moris, §. de pæ. P. Alphonius Hispaniarum rex cum accepisset Galliam meretricum acutissimi ingenij sophistā, ad causas agendas se contulisse, forumque omne sophismatibus inuoluere, forum illi prohibuit, decreto edicto, vt omnis lis, quam Gallas patronus susciperet, ipso iure haberetur iniqua & iniusta, Anto. Pano. libr. 4. de d. c. l. facti. Alphon. c. 38. Et recte Vtopienfes insulani, omnes aduocatos, qui tractat causas callide, ac leges vafre disputat proferus excludunt. Censent enim ex usu esse, vt sua quicque causa agat, eademque referat Iudici quæ narraturus patrone fuerat, Thomas Morus, lib. 2. Vtopia. Mos erat quoque: teste Luciano, in libro de Gymnasi. Areopago, in audiendis aduocatis, litigantes & oratores eorum, quandiu ea quæ ad rem attinent dixissent, perferri Senatū auscultante cum silentio. Ceterum, si quis meditato proœmio orationem exorsus fuisset, vt Iudicium animos aliqua benevolentia propensiores faceret, aut miseriam aut præcipuum vim atque potētiam adduceret, progresso actu, tum præco illi indiceret silentium. Neque permilla erat Rhetori ad Senatū nugandi libertas, ac verbis cause inuoluendæ potestas, quominus Areopagite ea quæ facta esse nude possent percipere. Et certe dolendum est, & dignum castigatione, quod forum tot inutilia tabularum verba occupent & impleant, tot parerga afferantur, & in rebus nihili ab onuo, vt dicitur, res repetatur, vel ex Culice Elephas fiat, tenuis que quod miseris litigantibus pro negotiorum expeditionibus apprimere necessarium est, diffugiis controuersis inutilibus præoccupetur & pereat. Lex erat apud Athenienses, vt narrat Æschines contra Timarchum, si quis orator orationem habeat ad Senatū vel ad populum, de re proposita ne pronalaberret: neve de quaque re dicat, ne bis idem, nec quemquam maledictis vexet, aut sub Solem quempiam traducat, obloquaturque, aut cum quid ad Senatū refert, de eo repugnantur ne dicat, quæve ad Senatū non pertinent, prædidemve nigrat, ne extrahat concionem, &c. Monet Vlpianus,

Vlpianus, in l. nec quicquam §. 1. de officio proconsul. P. iudicem, vt conciliatores vel redemptores caularum obseruet, reprehendat, & non patiat. Vocantur conciliatores ibi caularum *ἀποσπασίσι* *ἀποσπασίσι*, causas perpollentes. Sicut apud Plinium, *lib. 14. c. 20.* post Varronem & apud Iuriconsultos conciliatoria in eadem significatione dicuntur instrumenta, *l. instrumentum, de penultima. P. Valentini.* & Valens, idipsum quoque quod statuerat lex Atheniensium, iusserit, *l. quisquis. 6. de postul. C.* ne vltra quam litium possit vtilitas, in licentiam cōstitutiandi, & maledicendi remeritatem aduocati prorumpunt: vt que, si quis adeo procax sit, qui non ratione, sed opprobriis veniat esse certandam, & opinionis suae immolationem patiat: neque conuictiam commodandam, vt quisquam negotio derelicto, in aduocati sui contumeliā, aut palam pergat aut subdole. Eadem iubentur aduocatis a Fran. In constitutio. & stylo pratorian. consilii & constituti. *Sur l'abreuiation des procès, art. 1. o. & Caro. 7. art. 3. 4.* Quid enim in iudicio faciendum aliu quam rem ipsam Iudici vere & sine ambagibus referre, circumstantias & peritales negotii syuere & dilucide exprimere, omissis parergis? Quare & te & cautum est, vt antequam aduocati in iudicium veniant, conueniant de negotio exponendo Iudici, & concordant in facto, *constit. Ludo. 12. ann. 1513. art. 24. & Fran. I. sur l'abreuiation des procès du grand conseil & de ceteris pratorianis consiliis, an. 1546. 1. Martii.*

¶ Quam damnosi sunt caularum patroni sibi, Iudici, clientibus suis, & aliis, qui inuoluunt, fucant, concinnant lites, & insolenti eloquentia, & conuictis tutari fatagunt: vt exitus, res ipsa, temeritas, & legum præscripta docent. Sunt enim ipsi in primis fidei & iuramenti dati transgressores, qui iurant nihil nisi quod iustum & defendendum videbitur, pro clientibus acturos, dicturosque; nec desperatis impialq; causas se defensores, *l. rem non nouam, §. patroni. C. de re iud.* Est hoc præceptum Iococatis, in *Parene. seu orat. 1.* nullā prauē rei nec asiliter, nec patrocinare: videberis enim & ipse committere talia, qualia tibi quibus succurris, perpetrarunt. Sic eo modo sibi nocent, dum in opinionem incidit iniqui hominis. Et certe vix est, vt qui improbas lites fouet, improbus non sit. Non enim cogitat Dei iudicium, cui rationem dictorum factorumque redditorus est. Impiissimus qui sæpe consulto & scienter, veritatis lumen verbis & lingua obscurare & facū Iudici facere fatagit, quo nihil damnabilius est, quodve per bonos Iudices a tribunalibus tanquam pestis excludendum. ¶ Et idipsum sepius vindicat Deus in morte aduocatorum, & subito loquendi facultatem sub morte admittit, *l. in item si quis. quibus non est permissio. seu orat. Ang. in l. si quis aduocatus. C. de except. vt per eam torqueantur linguam, qua perniciose abusi peccarunt, iuxta ceteras, de tempo. ordin. c. pastorales, de iure patron. c. si de immu. eccles. & ita prærepto sermone nec animæ, nec bonis nec liberis consuleret possunt.*

¶ Nec quicquam impudentius vsquam videris, nihil stolidius & superbius, tabula in Cicadæ modum obstrepenre, qui sibi discretus non videtur, nisi tumultu & vociferatione omnia concusserit, vt ait Cicero in Oratore. Qui alibi hunc ex albo Oratorū expungit, *Cic. 1. de Orato. Non enim inquit, causidicum nescio quē, neq; proclamatorem aut tabulam, hoc sermone nostro conquiritimus.* Talem fuisse Neolum scribit Martialis, *lib. 1. Epigr. 61.*

*Dum clauant omnes loqueris tu. Ne uole, semper,
Et te patronum causidicumq; vtius,
Hac ratione potest nemo non esse disertus:
Ecce tacent omnes, Ne uole, dic aliquid.*

Iudici porro officium ista ciuadæ, quæ nihil præter verba habet, quod illi veritatem obscurant, & tempus iudicandi litibus decretum, battologia præcipiunt, falsa pro veris inculcat, decipiuntque, etsi ab aduerfariis detegatur, iam in vanissimis narrationibus contritum & deperditum non reuocant. Quos autem litigantes pari modo conficiunt, & protrahunt facis iudicium, & itanibus verbis, quod veat lex, *l. in. §. in refutatoris. C. de appell.* quæ magis accelerare iubet exitum, *l. propter andum, in princ. §. illo proculdubio, C. de iud. sumtusq; circuncidere.* Multitudo etiam caularū & litium, ex vnius temeraria & vana eloquentia, dilationem noxiā accipit concupiti & necessarii exitus. ¶ Decimo loco, merito arcentur a munere postulandi, qui sordibus & auaritia impia, prætextu honoratili seu salarii, in ipsis negotiis que tendenda susceperint, emolumenta sibi certa partis, cum graui damno litigatoris & depraedatione possentes fuerint inuenti: & vt interceptes loquuntur, fecerint pactum de quota litis, *l. si qui aduocatorum §. de postul. C. in sumtus, vers. arcentur. 3. q. 7. l. de post. lib. 2. C. Theo. Quia*

tilianus, *lib. 12. Orat. Instit. c. 7.* ad defendendos reos, præmio adduci, proximum esse latrocinio ait, & pacificendi morem esse pyratricum. Et Senatusconsulto Vlpiano declaratum est, eum qui improbe coemit alienam litem, pacta vt quicquid ex cōdemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicetur, lege Julia de vi priuata teneri, *Modest. in lex. Senatusconsulto. 6. ad leg. Tul. de vi priuata. P.* Ita prohibetur aduocatis, ne quadruplatores sint, neve interceptores alienarum litium, cum non liceat eā in euentum litium, maioris pœcuntæ præmio procreatorum redimere, *Papin. in l. salarium. 7. manda. P.* neque vllum contra pactum actionemve cum litigatore, quem in suam si se receperit aduocato inire, *l. quisquis §. præterea de postul. C.* imo redemptores litium aduocati puniuntur, *l. nec quicquam §. aduocatos, de offi. proconsul.* pactum enim illud ad instruendam aduocationem fieri videtur, & ideo in pœnam legis Corneliae de falsis quoque qui facit, incidit, *l. §. 1. ad le. Cor. de fals. P. coniunge. l. lege Cornelia, §. fin. §. l. si §. pœna, 20. eo. P.* ¶ Officium aduocatorum habet bona fide & diligentiam, vt commoda litigantium perinde ac sua curæ ad sint tribunalibus hora consueta, & præscripta, lites non dilerant vel extendant, vt in ordinatione curiæ supremæ labetur, & constitutione Caroli V. Imperatoris edita Augustæ Vindelsorum, anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, artic. 32. litem non nouam §. patroni, & l. propter andum. C. de iud. Breues sicut iudicando, scribendo, & cōsultando. Dabantur quidem olim ex lege accusatori sex horæ ad agendam: res octo ad defendendam, secundum Plinium, *Nepos. lib. 4. Epistol. V. §. scripta. 9.* Sed id melius arbitrio Iudicum hodie committitur, pro ratione causæ. Non sint auari, non cupidi seu tenaces: videant diligenter & accurate lites instrumenta, & acta: præuideant quæ aduerfariis pro se adducere potest, quid contra proponere, & paratas adferant solutiones. Semper in summa aduocatus Deum præ oculis ponat, quodve iustum est tueatur, iniusta repudiet; ita fieri iudex curet. Nihil enim pestilentius est in Republica, malis & prauis oratoribus, vt ait sæpe Demosthenes, potissimum Olythiacis, & de Corona Finis etiam & rationes inuenerunt aduocatorum admittendorum, vt tunc satis esset non esse quam admitti tales.

¶ Permittuntur enim, tanquam necessarii ad prædiciū caularum, & ad salutem Reip. Sicq; Leo & Anthemius Cæsares, *l. aduocati. 1. §. de aduoca. diuer. iudicio. C. Aduocati qui dirimunt ambigua facta caularum: suaque defensionis viribus, sæpe publicis in rebus ac priuatis lapsa erigunt fatigata reparant, non minus prouident, humano generi, quam si pralis atque vniueribus patriam parant, & saluarent. Neq; enim solos, nostro Imperio militare credimus: quæ diuis. olympis & thoraibus niuntur, sed etiam aduocatos. Multa namque caularum patroni, qui gloriose vocis confisi murmurant, laborantium spem, vnam, & posteros defendunt. Quare eis tanquam militibus, permissum est etiā existentibus in patria potestate, sibi quaerere exemplo castreus peculii, *l. foris in culmine. 4. eod.* Vtile officium hoc & necessarium est vsum, vt consilium præberent legitimis clientibus, & innocentiam defenderet, causas discuterent coram Iudice, se vel potentia vel malitia vel iniquitate aduerfariorum prudenter obicerent, *l. laudabile. 4. de offi. diuer. iudicium.* In hac togata, vt ait Valer. Max. *lib. 7. c. 7. in lexemp. militia:* bonæ quippe semper non est fidendum causæ, vt ait Hæcates in paragraphica oratione contra Callimachum, quod pleraque vsu veniant, vel præter sententiam in iudiciis, & quod fortuna potius quam iure quæ ad iudices perlata sunt, iudicetur. Sic Demosthenes cōtra Midiam scribit Euzonem cum causam diceret suā culpam non fuisse absolutam, quod nihil eorum gerere in animo induxerit, quæ sæpe eripiunt & maximis periculis reos. Cicero etiam *1. de orato. & alibi sæpe, de damnatione P. Rutillii Rufi conquireritur, cuius optimi atque innocentissimi: eo quod sine Rhetorum ministeriis iudicium illius tractatum sit, Quia, inquit, nemo ingenuus, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo cōquestus est, nemo rem publicam implorauit, &c.**

¶ Est & alia cautela, cur expediat, imo vero necessarium sit, per alium non per seipsum iudicii rem & negotium exponere. Quia facile non est, hominem pluribus parhamatibus & effectibus obnoxium, in dicendo causam, vel aduerfarij potestare, vel iam concepte terrore non consternari, & voce non deficere & mente vel obiniuriam quam sibi credat inferri a malis & verbis contumeliosis se temperare, & ira concitum transfugerit a iustis rationibus in alia inutilia non agi. Atque Cicero, cum Philiscum eum exsulem in Macedonia in lectu existentem, tanquam mulerosum obliuisceret, quodque de causis consuleret.

Respondit, *Atque longe aliud est, o Philisee, pro aliis verba facere, quam pro se consulere: nam que pro aliis dicimus, ea cum a reo & integris ratione proficiuntur, utique vim suam obtinent. Verum animus, ubi quis morbus eum occupauerit, obundat, caligat, offunditur, ita ut nihil idoneum excogitare possit. Itaque illud dictum vetus, recte dictum est: factus esse alios adhortari, quam seipsum contra aduersarios obfirmare, ut refert Dio Cassius, libro 31. Et in praxi etiam obieruatum est, ne quis orare causam propriam in iudicio possit, saltem peritiam apponere conclusionis. Et proinde si permittatur dicere in causa propria, patronus alius causam additus & orationi adfuit, adicit dictam conclusionem.*

37 ¶ Item alia de causa, prætor, ut respondit Ulpianus, titulum preposuit de postulando, & de aduocatis, habende rationis, suæque dignitatis tuende & decoris sui causa: ne sine delectu apud se postuletur, l. 1. de postu. P. l. obseruandum, de offi. præf. P. Et ideo & praxis habet, ne quis causas ore vel agat, aut defendat, in eo auditorio, in cuius albo aduocatorum scriptus non est, qui non sit ex collegio aduocatorum, iuxta l. petitionem virorum, 13. de aduoc. diuersi iudiciorum. C. postquam autem huic collegio scriptus fuerit, potest, imo debet & cogitur opem eius postulantis præbere: realiter si cuiquamque parti patrocinium denegauerit, foro carere iubetur, l. prouidendum, 7. de postul. C. l. 1. §. ait prætor, eo. P. l. nequicquam, 9. §. obseruare, de offi. Procons. Et Bart. nota in l. sancimus, in 1. de adu. diuers. iudicio. gl. in l. 2. in ver. consensu, de prox. sacri sermo. libro 12. Et ibi Bart. quod doctor potest cogi, aduocare vel postulare in ea ciuitate, in qua id munus incepit. Quia omnis qui insignia alicuius artis vel officii habet, tenetur operam suam in eo præbere postulantis etiam inuitus, l. 1. Et ibi Bart. furti, aduer. nauis. Et C. P. & Bal. in l. filius familias, §. inuitus, de procur. nisi forsam iusta ratione excusetur aduocatus: puta, quia sua interest litigantem non suscipere, quod defendendo illius causam sibi præiudicare possit: nam facti quæ dicuntur ab electo aduocato, censentur dicta per clientem eius, l. 1. de erro. aduoc. C. ita & dicta pro cliente, retorquentur ut plerumque in aduocatum, ut in l. si de inoffi. testam. P.

De Aduocatis & Cognitoribus seu Procuratoribus Regis vel fisci. Cap. 7.

Lib. 1. Tit. 19. Lib. 2. C. tit. 9.

- 1 Aduocatus fisci quis dicatur.
- 2 Procurator Cesaris seu curator quis.
- 3 Procurator fisci nihil tractat sine aduocato.
- 4 Procurator fisci dominorum iurisdictionis est & aduocatus.
- 5 Aduocatus fisci qui & quot essent, & unde stipendia, & qua haberent apud Romanos & de Gallicis. nu. 6.
- 7 Aduocatus & procurator fisci constituendi finis, & rationes.
- 8 Rationalium officium & munus.
- 9 Procurator & aduocatus fisci de quibus indicent & cognoscant. Quibus etiam puniantur penes abuentes officio: & pro quibus soleant interuenire per sonis & causis. nu. 10. 11. 12. & 13.
- 14 Aduocatus regis alia mandata.
- 15 Sub cognitoribus regis qua mandata, & quod eorum munus.

1 Quamuis ex superioribus colligere possimus, quæ muneris sunt aduocatorum fisci & rationalium seu cognitorum: tamen quædam alia admonenda sunt, quæ singulari nomine loci habent in istis. Aduocatus fisci dicitur, qui causas agit publicas & Principis, & ea ex quibus etiam compendia in fiscum deferuntur: qui accusat & defendit in quantum Reipub. interest, sine periculo calumniæ, l. fisci aduocatus, 3. de aduoc. fisco. C. ¶ Erat & curator & procurator etiam Cesaris qui mittebatur a Cesare in eius prouincias, & populi, qui publicos redditus colligeret, & qui impensas in Cesaris præfidiis, negotiis, & in Magistratum stipendia faceret, Dio Cass. libro 53.

3 ¶ Aduocato fisci procurator fisci iunctus est, qui & rationalis a rationibus Principis curandis & procurandis dicitur: veritumque illi, ne nisi aduocato fisci præsentè, negotia, rationes, vel ararum facti causas tractare vel examinare possit, l. fin. de aduoc. fisco. C. Dicitur & isti Cesariani aduocati, in l. si. C. de pact. Procurator fisci recte aduocatus etiam appellari potest, gl. in l. non intelligitur, §. fin. in ver. restituumur, de iure fisco. C. potissimum quia lites ei nunc & negotia Principis committantur. Nam forsitan aliquando rationalis & curatoris Cesaris distincta fuerunt officia, a procuratore seu

cognitore fisci, ut illi viderentur procuratores ad negotia, sed hic ad lites: quo tempore & dicebantur isti procuratores ad lites, aduocati fisci, vel procuratores fisci: illi, procuratores Cesaris, vide l. ad fisco, §. l. §. C. ubi causæ fisco. Paul. de differentia in l. 2. §. si aduersus fisco. At aliquanto post, & lites inter se & rationes præcuratores & aduocati communicare iussi sunt: unde & rationalis procurator fisci dicitur, quod liquet ex Iulio Capitolino, vide §. Lamprid. Et Alex. in Maximino, Erat, inquit, fisci procurator in l. 7. bia, qui omnes Maximini studio spoliauerat: hic per rusticanam plebem interemimus est: sed cum per eos, qui rationales in honore Maximini defendebant, viderem auctores cadis, &c. In Pandectis hæc duo etiam, vnica inscriptione comprehenduntur, De officio procurator. Cesar. & rational. libro primo, P. titulo decimo nono. In cuius tamen legibus, non fit mentio nominis rationalis, vtrumque etiam nomen eadem de re effari docet Alexander Imperator. Procuratores meos vel rationales, inquit, l. 8. de modo mulctar. C. multa iud. candè ius abo aduocatum, multandi ius non habes. Vocatur & ab vno officii actu, dispensator, in l. si aduers. fisco. lib. 2. C. tit. 37.

¶ Exemplo Principis, episcopi & domini territoriorum, quibus iurisdicchio est, habent in suis tribunalibus procuratores fiscales, vel dominicos, qui quæ pertinent ad compendia eorum, vel ex multis vel criminum proscriptioibus dari dominis iurisdictionalibus procurant & petunt, & vindictæ publicorum criminum, instat. Et apud illos vnus & idem officio procuratoris & aduocati fisci, fungitur munere.

¶ Forunt primum Adriatum instituisse officium aduocati fisco. Fuit munus huius aliquando temporale, ut reliquorum Magistratuum Romanorum & prouincialium, annum videlicet: postea ex Leonis Cesaris constituitur per biennium cõcessum, l. sancimus, 12. Et l. petitionem, 13. §. 1. de aduoc. diuers. iudicio. C. idque vni in singulis prætoris commissum, donec biui ex decreto Valentiniani & Martiani facti sunt, in l. binos, 10. Et l. post duos, 15. eod. illique delecti ex collegio aduocatorum prætoriorum, secundum ordinem & seriem albi seu matriculæ, d. l. petitionem, 13. §. quando autem, qui ex publico, quando officium gererent accipiebant, iudiciorum nomine 600. auri libras, ut ait Iustinianus, in l. restituenda, eo. alibi sexcentos aureos, l. per hanc, §. sexcentis, eo. ut non immerito de prædationibus, si que fierent per illos in prouinciales, leuere puniri iuberentur, l. 1. Et 2. de iur. aduoc. l. 11. C. tit. 61.

¶ In Gallia Princeps noster suos habet regios aduocatos per singula iua tribunalia, vel binos, vel vnum, & cognitor seu procuratorem: quibus etiam constituitur salarium de publico, eaque lege, ne quippiam aliud a clientibus capiant, non munus, non stipendia, non salariam: ne fauore aut pretio possint a feueritate & rectitudine officii dimoueri. Quare pro inpectione testamentorum seu elogiorum rerum, & pro formalis intentionis concludendis vel subicubendis dicantur postea bauer leors conclusions, capere illis aliquid permissum, in constit. Henr. 11. sur la suppression des Preuosts des Maisons publiques, 15. Feb. 1554. art. 25. 26. 27. constit. Carol. 7. art. 82. constit. Aureliacens. art. 4. 3. Idipsum prohibetur illorum subfectis seu subcognitoribus, in constit. Aureliacens. art. 79. quos vocant, Substituts des gens du Roy: nisi aliquid illis honorarium permittatur, auctoritate curiæ designatum, constit. Carol. 8. art. 8. Atque 9. Calend. Martii, 1421. Statuit curia suprema Parisiorum, regiæ aduocacionis in curia Triumuiros priuatis consultoribus operam dare, & ab alio stipendia, auctoramenta, congruatque auferre licere, Ioan. Lucius, lib. 4. placito Curia, tit. 9. plac. 8. Addit & constitutio Caroli 9. Aureliæ edita, artic. quadragesimo quarto, ut neque liceat capere beneficia ab episcopis, & aliis litigantibus, qui eius furi sunt cui præficiuntur. Permissit tamen Princeps in curiæ præfidiis subcognitores seu regio huic muneri additos, officio consilii sui fungi, quod tamen intelligitur, quando expresse vtrumque officium coniunctim datum est, & in aliis causis quam regis, vbi patrocinium vel procuracionem exercuerunt.

¶ Sunt aduocatus fisci & procuratoribus, leges præscriptas, 7 tum notioris, tum etiã officii, vltra communes quæ de aduocatis dictæ iam sunt, quæ etiam in illis locum habent. Curaque illis commissa, & cuius causa creati sunt, satis illos admonet de fine & rationibus suæ dignitatis & officii. Putat Fenestella, lib. de Magistr. 2. 28. procuratorem Cesaris eum esse, qui inter Cesaris & Romanum populû constitutus est iudex: cui inter priuatum & Rempublicum conti-

constituendum esset, Imperque Princeps quamvis possit, tamen...

¶ Transferebat bona Caesaris eius nomine & eius consensu...

¶ In duo capita omne officium procuratoris & aduocati fisci...

¶ Reliqua quae ad patrocinium curamque Triumvirorum...

¶ Vult enim Princeps, nonnulli legitimis easque suo tempore...

non apparuerit probationes, vel calumniose detentauerit, qui...

¶ Sed & constitutum est, Const. Caroli 8. artic. 87. l. u. d. 12. art. 182...

¶ Iubetur item procuratoribus regis, vt sollicite curent regum...

¶ Ad curam etiam eorum reicitur carcerum sollicitudo, carceratorum...

De Salario Aduocatorum. Cap. 8.

- 1 Aduocati salarium quo iure, & quomodo accipiant. Quid salarium quale, & quantum petatur. nu. 4. & 5.
2 Honorarium quid, & suffragium Aduocatorum quid iure. n. 3.
6 Aduocatis cur dari debeat salarium. Et num dandum esset, legibus certatum olim nu. 7.
8 Salarium Aduocati quale, & quomodo a clientibus petant.
9 Salarium consequitur Aduocatus, etsi non postulauerit, & per illum tamen non detur. Cur autem debeatur. num. 12. 13. & 14.
10 Pactu de quot a litis cum aduocato vel procuratore reprobatum.
11 Aduocati auari & rapaces quibus similes.

Adem ratio non est Aduocatorum & fisci, in percipiendo salario. Nam fisci curatores seu patroni, ex publico solum, vt...

¶ Et proinde quod datur ipsi Aduocato vel procuratori, potius honorarium quam merces dicitur: quia honorandi magis...

exigitur, pretio numario non possit aestimari, l. 1. §. *proinde de var. & extraordin. cognit. P.*

¶ Dicitur & suffragium, ab auxilio præbito ab Aduocatis voce vel scripto, ut in *de suffrag. C.* Sic enim suffragia dicuntur, vel vocalia, vel tabellaria, vt explicat Budæus, in l. moris. §. illud, de pen. P. Vtuntur & iura nomine suffragiorum, pro sententia quæ in alicuius utilitatem vel causam fertur, l. illud notandum. §. quod cuius vniuersi nomin. P. l. de quibus, de legib. P. Et hinc suffragari, pro auxilio esse dicimus, cap. 1. de sent. excom. §. quemadmodum, de monach. in auctent. & suffraganeos episcopos, qui adiuuât archiepiscopum in prouincia administranda, ca. 1. & 2. de foro compet. in Sex. et suffragium metonymice, pro præmio, suffragii causa datur: vt in Nouell. Iustinian. V. Iudic. sine quoquo suffrag. mittant. id est, sine vlla pecuniæ datione. Dicitur & salarium hæc remuneratio, l. salarium, mand. P.

¶ Salarium autem in genere dicitur, annua erogatio, quæ in aliquæ tuendi eius vel exhibendi causa fit, l. si. de in rem ver. P. stipendium, seu annua merces, in l. alimenta 16. §. libertis, de alim. lega. P. l. 4. de decret. ab ordin. fac. P. Scribit Plinius, lib. 31. ca. 7. vitam humaniorem, sine sale non posse degere, adeoque esse vitæ necessarium elementam, vt transferit intellectus ad voluptates animi quoque; nam ita sales appellantur. Omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumque requies, non alio magis vocabulo constat: honoribus etiam militiæ interponitur, salariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate.

¶ Salarium autem Aduocati & procuratoris, ratione laboris: vel est conuentum, vel ex officio Iudicis petendum. Et conuentum vel certum vel incertum: vel promissum stipulatione, vel nudo pacto, videntur in l. salarium, manda. P. in l. 1. C. de suffrag. Res de qua fit promissio honorarii vel soluti, non est ipsa de qua litigatur, & cuius patrocinium suscepit ipse patronus vel procurator, nec pars eius, quia esset pactum de quota litis, quod in aduocatorum discussione paulo ante docuimus veritum: sed de alia re vel mobili, vel immobili, cuius petitio intentatur secundum legum præscriptam methodum.

¶ Scio tamen olim dubitatum & varie deorsum, num aduocati seu caussarum patroni, possent quippiam & quantum pro opera in postulando clientibus accommodata, accipere, & a quo. Et lex quidem Titia antiquitus prohibebat, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet, quam sustulit Claudius Cæsar, pecuniæque modum posuit vsque ad dena sestertia, seu centum aureos: quam summam egressi, repetundarum tenerentur, vt narrat Cornelius Tacitus, lib. 11. annal. Hac taxatione partim subacta fuit perniciosa aduocatorum eius temporis consuetudo, quo nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia: adeo vt Samius insignis eques Romanus, quadringentis numorum millibus Suillio datis, & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit, partim etiam taxatione adhibita, officio huic mediocriter præter Titia legis præscripta subactum est vsui & rebus, inde vt subsidium pararetur: ne quis inopia aduocatorum, potentioribus obnoxius sit. Neque etiam gratuito contingit, omitti curas familiares, vt quis alienis negotiis intendat. Quia de causâ & subueniendum de mercede fuit alioquin. Sublatis etiam, vt inquit Tacitus, studiorum pretiis, sunt & studia peritura, vt minus decora. Obtinuit & quondam nihilominus mos, & agitarum de reuocandis veteribus Senatuf. consultis, quibus venire aduocationes prohibebatur, sanctumque esset, omnes quicquid negotii haberent, iurare priusquam agerent, nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse, cauisse, promississe: sed peractis demum negotiis permittebatur pecuniam duntaxat decem millium dare. Verum & hoc ad Principes reitici placuit, quia in communi malo vinceretur, Plin. Iunior epist. li. 5. epist. 14. Valeriano scripta, dum de condemnatione Tusculi, nominati agit. Iussit Octavianus Cæsar anno ab vrbe 737. Oratores causas nullo accepto præmio agere, qui secus fecisset, eum quadruplicè acceptæ mercedis reddere, Dio Cass. libro 54.

¶ Cum tempore postea mutati mores, & quando collegia aduocatorum & procuratorum facta sunt officia necessaria, tunc ad illa nisi certi sunt admissi, illique huic muneri intendere curâ iussi sunt: necesse fuit, vel illis tesseras & salaria, vt magistratibus & assessoribus dari, vel ab illis qui eorum vrentur opera, lege tamen circa quantitatem accipiendam adiecta: imo potius pretio alliciendi fuerunt, quam ab officio pro denegatione salarii retrahendi. Corruptuntur enim sæpe aduocati pretio ne loquatur, & illis pecunia silentium, in damnum eorum quos defende-

re deberent, imponit, vt fertur de factio legatorum Milesiorum. Cum enim Demosthenes audeat & respondisset, Milesios neque auxilio dignos quod perebant, neque ex re populi Atheniensis id esse: prolata re in postmodum diem, ferunt legatos ad eum venisse, & pecunia donasse ne ageret, sed vt taceret pro populo: atque postmodum Demosthenem lana multa collum ceruicisque circumuolutum ad populum produisse, dixisseque se non posse agere, quod *ἀνὰ χλω*, hoc est, anginam pateretur. Cui tamen aliquis de populo respondit, non *ἀνὰ χλω*, sed *ἀσπὲρ χλω*, id est, artentis anginam pati. Quod ad Demosthenem Critolaus, Gracchus vero ad Demadem Rhetorem refert, Gell. lib. 11. c. 9. & 10. Aditque in oratione C. Gracchus *Vos Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, & si queritis, neminem nostrum inuenietis sine pretio hoc prodire: omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus.*

¶ Itaque petunt salarium Aduocati, illud quod clientes spondentur, conditione certi, si certum promissum est ex stipulatione: si incertum, actione si stipulatu §. 1. de verb. oblig. Si sine stipulatione, tantum pacto nudo promissum, conditione l. 1. de suffrag. C. Si nec conuentum nec promissum, officio Iudicis pro modo litis, proque aduocati facienda, & fori consuetudine, iudicique in quo erat acturus æstimatione adhibita, quæ licitam honorarii quantitatem non egrediat, quæ est summa centum aureorum, extra quam nulla etiam in pacto salatio constituitur, l. 1. §. in honorariis, & §. sequi. de var. & extraordin. cognit. P. Minor tamen summa permittitur, constitutione curiæ & Francisci I. adus catis: quæ tamen est singularis martinalibus in inaugurationibus in Parliamentis publicetur & proponatur, vix feruatur. Stephanus Aufferii in prima parte slyli Parliamenti in principio, dum format Aduocatos, admonet eos, *Ne lubenter videantur arramentis, nisi sint securi de salario suo: exceptis causis pauperum, quæ gratis exercere debent: & bene soluentis male soluentibus proponant.*

¶ Prohibitum itaque non erit Aduocato de salario conuenire cum cliente, aut nomine palmarii seu victoriæ ei aliquid promittere. d. l. vni. C. de suffrag. l. 1. §. & si nomine, de var. & extraordin. cognit. P. quod conuenire petere, est promittens pro parte tantum vicerit, vel transegerit, l. si. mand. P. Neque restituet aduocationis causa datum Aduocatus, si non postulauerit, per illum tamen non steterit quod aduocatus suscepit implerit, sed forsitan per casum, vel per clientem: contra, si per illum steterit, l. si. & pen. de condi. ob. causi. C. l. 1. §. diuus, & §. pe. de var. & extraordin. cognit. l. propterandum §. honorariis. C. de iudic. l. qui operas, l. ca. P. Pro salario mobilia data statim transeunt in dominium Aduocati, vel Procuratoris: si immobile vero promittatur instrumenti prius requiritur scriptura, & adeptio postea possessionis, volente promittente nõ etiam inuito, vel Iudice auctore facta: alioquin imminet debiti amissio, d. l. 1. C. de suffrag.

¶ Notat Rebuffus tamen in ordinariis constitutionibus per titulos, tit. de Aduocatis, art. 1. in iudicium fuisse Aduocatis & Procuratoribus, ne cautionem, idochira, vel obligationem acciperent salaria, clientibus vel sollicitatoribus: sed iudice quod iudiciorum sex aureorum eam ob causam factum, improbatum, argumento veritæ obligationis factæ ab ægris medico, in l. medicus, de var. & extraordin. cognit. P. Et quod prohibitum sit aduocatis & procuratoribus, contractas inire de parte litis cum cliente, l. quisquis §. præterea, de postul. multo magis cum sollicitatore seu inuito litis, vt refert fuisse curia parliamenti, Parisi. pronuntiatum, 7. Julii 1514. pro Baltazare de Carlat, petente rescissionem contractus contra Aggidium Coneton, de tertia parte debiti, qui declaratus est nullus, vt ait Rebuff. in proxime cita. tit. art. 26. Compescendi enim sunt motus isti vulturum. Sic enim vere Ouidius:

Turpe reos etiam miseros defendere lingua,

Quod faciat magnas turpe tribunal opes, Ouid in Elegia.

¶ Indigni certe oratoris titulo quidam sunt, qui ære patrimonium turpiter vendunt & quibus lites pendere diu, vindemia quædam est, Lupis qui syluas habitant voraciores, docti legumque tyranni: crudeliores coruis, qui cum non nisi funus extineti lacerent, isti vitis scalpunt, & sugunt animam, nec missura cutem nisi plena cruoris hirudo: quique vt possint melius fallere, rogam sumunt.

¶ Attamen, non quia isti excedunt in capiendo, boni aduocati & probi defraudandi sunt mercede, vt habeant vnde viuant, & vnde sibi subsidia vitæ comparent, l. si quis derogatis de aduoc. diuersi iudicis. C. Inanis est labor, quem præmia nulla sequuntur. Nec magnum est, si pro beneficio & defensionis clientis exhibitis: is naturali ratione suadente, & impellente, ad rem unerationem teneatur,

veniat. *l. sed & si lege, 28. §. consuluit, de pet. her. P. l. Attilius Regulus, de donat.* Et ita vendere licet advocato iustum patrocinium, & iurifconsulto iustum consilium, *c. non licet, 11. q. 3. c. non sane, 14. q. 5.* id est, pro labore impensu, & opera præstita in consultando & postulando, licet quippiam licitum accipere: & potest operas suas locare. Cum nemo teneatur, maxime cum suo detrimento, alteri beneficium conferre, *ca. precaria, 10. q. 2. l. in commodato, §. sicut, c. omnia, P. Dicit tamen gl. in c. non licet, 12. q. 3. hoc potissimum verum esse, si non nisi cum labore & librorum evolutione, Advocati vel Consilarii munus obeat, non aliter: quia gratis, si exemplo respondere possit, impartire debet hanc opem, Probat tamen, si aliquid illi eo nomine porrigatur, & illud posse veluti ex liberalitate accipi: & multa certe honeste accipiuntur, quæ honeste non petuntur, *l. 1. §. proinde, in si. P. de extraord. cognit. Et nemo, inquit, lex, ex iis quos licet accipere, vel decebit, aspernanter habet, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obulerit litigator, l.**

*quisquis, 6. §. nemo, de postul. C. §. Adfertur alia ratio, quia operarius omnis dignus est mercede sua, c. quicumque, 12. q. 2. c. cum secundum apostolum, de preb. 1. Cor. 19. §. Sed & postremo, officii suum nemini debet esse damnosum, l. sed si quis, in prin. de testia. P. Effert autem, si hodie cum quis in collegio procuratorum vel advocatorum esse cogatur: & ibi delatas causas suscipere, gratis teneretur officio fungi. Sic enim brevis fame periret, vel sua consumeret. Imo post multos in iure perdiscedo exhaustos labores, postquam sumtos in literis diuitias, quibus quis sæpe sumum & patetum patrimonium exinanivit, turpiter cogere tur mendicare, extra quam dictum sit, leges in paupertate neminem finire vit. etc. §. si de her. & fide. in aub. Et frustra essent leges iuris insertæ, quæ permittunt filiisfamil. aduocatis habere, quasi castrensium peculium, & quod inde procedit sibi non patri acquirere, *l. fortius culmine de advocat. divers. iudicio. C.**

DE SENTENTIA ET IVRE

IVRANDO, LIBER L.

De sententia formanda in genere.

CAP. I.

- 1 Continuatio lib. 50. ad 49. proximum.
- 2 Sententia iudicialis quid, eius diuisio, in interlocutoriam & definitiuam. Quid interlocutoria, & in quibus reuocari nequeat. *nu. 4. & 6.*
- 3 Indicatium quid dicatur.
- 4 Definitiuam sententia quid.
- 5 Sententia de quo, & a quo feratur.
- 6 Prothogora & Euathili iuuenis controuersia, difficilis indicatu.
- 7 Venefici vlti difficilis controuersia.
- 8 Bonus vir num quis sit, difficile habet iudicium.
- 9 Iudicandi res antiqua formule, & tabellarum nota.
- 10 Iudicis officium, & partes in iudicando. *§. nu. 13.*
- 11 Index secundum leges iudicare debet.
- 12 Consultatio quando fiat iudicii, & principis: & quomodo. *nu. 16. & 18.*
- 13 Index utrumque litigantium pari benignitate audire debet, & quare.
- 14 Sententiam dandi in iudicio ferendo plures antiquorum formule.
- 15 Tabellaria lex iudiciorum apud Milesios a quo lata.
- 16 Relatio ad principem suspendit officium iudicis referentia.
- 17 Sententia quomodo fiat uti & pronuntiare debeat.
- 18 Sententia a personis & rebus de quibus actum est, ad alia non extenditur.
- 19 Sumptuum condemnatio quare nominatim debet contineri sententia.
- 20 Sententia iudicum propter qua impugnentur, & reprobentur.
- 21 Sententia, quæ transit in rem iudicata, non effectus: & in quibus non transeat.
- 22 Res iudicata non retractatur, vel prætextu nouorum instrumentorum, vel alio modo. Eius actio, & executio quomodo fiat. *nu. 28. & 35.*
- 23 Iudicatis quomodo quis satisfacere cogitur, & quomodo inter sit reipub. fortiri effectum. Transactionis habere v. res. numero 30. & 32.
- 24 Exsecutor ut modestè se gerere debeat.
- 25 Moris supplicium quam citius fieri potest, exsequendum.
- 26 Rei iudicate exceptio.
- 27 Rei iudicate retractande remedia, supplicatio, restitutio in integrum, querela falsi.
- 28 Supplicatio aduersus sententias seu rem iudicatam, quando admittatur.
- 29 Restitutio in integrum contra sententias, quando datur, a quibus, & intra quod tempus concedatur. *§. nu. 39.*
- 30 Erroris causa intervenientibus in iudicio supplicatio ut fiat in Gallia: & a quo, & quomodo averti parlamenti retractatio impetretur.
- 31 Sententia prefidialis retractatio quomodo impetretur, & ubi.

42 Supplicare contra sententiam quando non licet.

Idesque postquam materia disposita est, & instructum plene est iudicium, & eius esse iurisdictionem constat, & de litigantium conditione, ed. tior; plena omnium facta, vel per litigantes, aut ubi per eorum procuratores, syndicos, vel aduocatos negotium ex integro explanatum fuit, non debet morari iudex sententiam suam. §. Sententia iudicialis est, idem quod iudicium, nempe pronuntiatio eius, quod bonum & æquum in proposita controuersia iudici videtur, *l. sicut, §. sed si queratur, si seru. v. n. P. facit l. 1. v. s. u. quemad. cau. P. l. in proposita autem, pro soc. l. hoc veditio, de contrah. em. P. absolue, vel condemnando, l. 1. de re iud. P. vel iudicium postremum suspendendo, quod fit per interlocutoriam sententiam, Sententiam, inquit Lollanus, dicere affirmatur is, qui ea mente id pronuntiat, ut secundum hoc discedere eos qui litigant a tota controuersia velis, *l. in l. dicere, 23. de recept. arbit. P.* §. Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum est interpositum, ut dicitur lib. 2. ad Herennium. Et rursus Cicero de inuentio. clarius iudicatum est, res assensio aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus generibus spectatur, religioso, communi, & approbato. Religiosus est, quod iurati legibus approbatur. Commune est, quod visgo omnes approbatur, & secuti sunt. Huiusmodi, ut maioribus natu assurgamus, ut supplicium misceretur. Approbatum est, quod homines cum dubium esset, quale haberi oporteret, sua constituerunt auctoritate. §. Sententia duplex, interlocutoria aut definitiuam. Interlocutoria est, quæ non decidit principale, vel in totum non finit negotium, sed quæ ad principalem instructionem pertinet: & improprie sententia dicitur. Et proinde in titulo, de sententiis & interlocutionibus omnium iudicium, C. distinguitur a sententia interlocutoria. Ad hanc interlocutionem pertinent comminationes, epistolæ, subscriptiones iudicum, *l. 1. 4. 5. 6. Commi. vel epist. C. de re iudic. Auth. non hab. lib. 7. C. tit. 57. Quod enim magno consilio sententia decerni solet, ut ait Constantinus Cæsar, l. fin. eod. & l. si. C. si per vim vel alio mod. id paucis literis temere descriptis, definiti fas non est. Idipsum intelliges, si iudex suadeat litigantibus, ut concordent: non enim tollit id illis actionem, *l. ex stipulatu, C. de sent. & interloc. omn. iud.* Et sic in similibus, tot enim sunt interlocutoria sententiæ formulæ, quot sunt occasiones interlocuendi, *l. in rub. de re iud. & Bar. in l. quod iussit, de iur. P.* §. Definitiuam sententia contra est, quæ totum negotium terminat & facit, absolue, vel condemnando, *l. 1. de re iudic. P. l. 3. de sent. & inter. om. iud. C. l. 1. & tot. iur. sent. rescin. non posse, C. illa, de accus.* Et proinde post definitiuam sententiam, iudex qui pronuntiauit, iudex esse definit eius negotii, ex quo nullum dubium si peresse perfecta definitione debet, *in l. Paulus respondit, 42. & l. index posteaquam, de re iud. P. l. si operis, 41. & l. p. nam, 15. C. de pen. neq; enim emendare potest, *l. 1. de sent. ex recip.* §. Cum tamen d. uersum statuatur in interlocutoria, quod iussit, *de re iud. P.* paucis exceptis, in quibus iudex non potest etiam interlocutoriam reuocare, ut notat Lanfrancus *ad c. quoniam contra ad verbum interlocutiones,****